APPARATVS LATINÆ LOCVTIONIS EX M. T. CICERONE, CÆSARE, SALLVSTIO, TERENTIO, PLAVTO, AD HERENNIVM, ASCONIO, CELSO, AC DE RE RVSTICA, PER BARTHOLOMÆVM RICCIVM LVGIENSEM IN SVVM ORDINEM DESCRIPTVS.

PARS PRIMA.

AB HOC OPERE CVM EXCVDENDO, TVM vendendo absq; Authoris iussu Pontifex Max. Cæsar, Galliarum Rex Franciscus, Senatus Venetus, Florentiæ, Ferrariæ, Vrbini, cæteriq; Italiæ Principes per oẽs Imperii sui partes pœna etiã constituta quisq; vt caueat, iubent.

VENETIIS ANNO DOMINI M D XXXIII.

BARTHOLOMÆVS RICCIVS ALOISIO CORNELIO IOANNIS F. PATRITIO VENETO, AC IN DIVI IOANNIS ORDINEM HONESTISSIME COOPTATO. S. P. D.

C VM equidem præcipue res esse duas scirem, quæ maxime ad dicẽdum pertinerent. alteram, vt acute inuenitetur, alteram, vt quicquid inuentum esset, latine exprimeretur. videremq; inuentionem in saneq̃ multis oratoribus assidue viguisse, elocutionem vero in priscorum, eorumq; perpaucorum scriptis, iam p multa sęcula incultá, ac penè abiectam iacuisse. necnon sentirem quantum dignitatis oratoriæ facultati pars hęc afferret, quanq; contra iam ferè ab omnibus explosa illa esset oratio, quæ in sua lingua penè hospes loqueretur. contendi quantum in me fuit olim, siquam mihi viam ipse (non autem, vt nunc fit, in vulgus vt exiret) ad hãc latinę facultatis puritatem, atq; elegantiam cõmunire possem. Quam quoniam nulla certa aut ratione, aut scientia, sed tantum bona recte loquẽtium consuetudine constare viderem, hancq; ipsam consuetudinem nisi ex veterũ libris peti posse, non ignorarem, ad illorum assiduam lectionem statim me contuli, multa cum simplicium, tum non pauca etiam coniunctorum inter se diligenter obseruans. Sed cum maxime oratio ex nomine & verbo conficiatur, hisq; duobus vniuersę ferè orationis ratio contineať, hæc vti inter se optimi veteres scriptores cõstructione cũ proprie, tũ figurate cõiunxerint, in primis nõ obseruaui solum, sed ita in suũ certum ordinem mihi descripsi, vt siquid aliquando à me ipse dixissem, haberem statim vnde id latine pronunciatum necne esset, facile scire possem. Quod quidem opus ad eam mihi paularim iam magnitudinem creuerat, vt, si inde omnia promi (vt certe non poterant) nequaquam possent, non multa tamen in eo desiderare viderer. quo etiam factum est (vt ipse optime nosti) vt amici, quibus hęc nostra studia nota erant, me cohortari non desisterent, vt iam eorum omnibus copiam facerem. quos ego ad hunc vsq; diem ægre sustinui, non equidem, vt si quis ex hoc nostro labore ad alios fructus peruenire posset, id ęgre ferrem, sed magis quia verebar, ne dum cæterorum vtilitati consulere studerem, in aliquam audaciæ ac temeritatis suspicionem incurrerem. Proxime vero M. Antonius Flamminius & summa vir bonitate præditus, & ea in me fide, qua qui optima in amicum, & eo in vniuersa re literaria iudicio, quo omnes literati iã pridem norunt, hoc ipsum à me ita contendit, itaq; omni ratione edendum librum mihi comprobauit, vt, cũ cæterorum quoq; amicorum, literatissimorum virorum crebras exhortationes recordarer, ei de edendo negare non potuerim. etsi paulopost promissi magnopere pœnituit. nã hoc editionis nomine addito longe mihi res alia cœpta est videri, atq; antea fuerat, cum apud me vnũ erat, vniq; mihi tantum sese communicabat. Verum ad id illi tamen præstandum multum illud me adiuuit, quod per hanc ipsam editionem ad meam in te summam beneuolentiam omnibus testatam reliuquendam, mihi tandem non paruam facultatem dari sentiebam, si tibi hunc nostrum latinæ locutionis apparatũ mitterẽ, ac dicarẽ. nã cui ego hũc magis ex animo meo donarẽ, aliũ habebam neminem, neq;, si habuissem, illud recte permitti posse videbatur. Etenim, cum per hocce quinquennium, quo tibi in docendo operam dedimus, ex eo non nihil tibi priuatim ad dicendi speciem in singulos dies exscribere consueuerim, particulam tantum tibi, quãq; ex officio negare non poteram, ostendisse. illi vero, cui hunc inscripsissem, omnẽ copiam effudisse, videri potuissem. Illud ẽt accedebat, q; si eloquenti viro (qñ prorsus infanti nunq̃ cõmisissem) cõmendatus exisset, ne in hominũ sermonẽ inciderẽ magnopere verebar. nõ enim statim deessent, qui me his vocibus prosequerẽtur. En, qui latinum hominem Romane loqui docere est ausus. Quare cum hæc istorum annorum, atq; istius eruditionis magis esse viderentur, isq; tu semper fueris, qui à quo die via illa tibi commonstrata est, in ea te plurimum oblectaueris, tantumq; absit, vt nostris contentus fueris, vt ipse etiam per te complures codicillos confeceris, nemo fuit omnium, cui rectius noster hic liber hoc suo publico exitu committeretur. Habe igitur à nobis cum ex verborum suis nominibus, tum contra ex nominum suis item verbis ex ordine coniuctorum ratione latinæ locutionis apparatum. atq; ita habe, vt quod ad te attinet, ita elabores, ita contendas, vt muneris nostri in tua oratione mox fructum aliquem tibi constitisse videamus. Est hic quidem tecum omnibus cõmunicatus. verum (si quid ad rem facit) vni tibi soli inscriptus. vt posthac non leue tui ipsius negligentię crimen subiturus sis, nisi qcquid vtilitatis percipi poterit, id à te vno potissime percipietur. Itaq; dare maxime eam operam debebis, ne in quo à nobis vberrime te adiutum esse omnes intelligent, in eo ipse solus tibi defuisse videare. Vale.

BARTHOLOMÆVS RICCIVS LECTORI S. D.

VNC Vero est, quod tecum agam humanissime lector, ne quid à me, quod ad hanc rem pertinere existimam, desideres. nam cum rem sanè quàm difficilem esse non ignorem, vel vni in quaque re etiam leui satisfieri posse, ex eo quod non solum cum aliis, sed interdum etiam nobiscum dissentire solemus. fit enim sæpe, vt, quod ante nobis maxime probabatur, paulopost illud ipsum magnopere cótemnamus. multo multis difficilius, omnibus vero longe difficillimum esse video. vt mihi nũc, & omnibus iis, qui non solum vnius sęculi hominum iudicium, sed quod multorum ætatum subiturum sit, aliquod opus ędificant, euenire planè sentio. semper enim habẽt homines qd operi illi aut addant, aut cõmutent, aut ex eo detractum velint. Quare mihi recte factũ iri visum est, si iis, quę à me queri fortasse possent, ipse totius consilii mei rationem explicando, occurrissem. In quibus illis statim, siqui forte in hoc apparatu nostro facillimis quibusdam rectius supersedẽdum fuisse rati sunt, ita responsum esse volumus. me, simul ac primum ad hanc latini sermonis copiam colligendam animum adieci, neminem ad vnum respexisse, sed in me omnium cuiusque ætatis personam sustinẽtem, si vnquã tamen in vulgus exisset, ęque vt vniuersis consulerem, magis attendisse. Nam cum tria sint scriptorum genera. vnum eorum, qui penè infantes, alterum, qui mediocriter, tertium, qui magnifice, ac splendide & loquũtur, & scribunt. siquod vllum horũ genus fuit, de quo ego in hisce meis de latina lingua obseruationibus minime laborarem, tertium id sanè esse apparebat, ne mihi nimium arrogare viderer, si sus (vt aiunt) Mineruam docere voluissem. etsi existimaui tamen, siqui etiam ex horũ numero inuenirentur, qui nostras has lucubrationes consulere aliquando non dedignarentur, fortasse fore vt illis noster hic labor haud omnino ingratus esse videretur. Reliqua vero duo genera mihi magis in animo versabantur, siquid illis afferre possem, qd meo periculo in suum ipsi vsum cõuerterent. sed prioris generis quippe quod maiore ope indigeret, longe etiam maiorem mihi rationem adhibendam duxi. ideo factum est, vt & tritissima quędam diligenter persecutus sim. & quasi ad mansum (vt aiunt) cum illis descenderim. quod vt facerem, ac quæ humillima sunt, vt cũ insignibus coniungere nõ dubitarem, illud Platonis effecit. quo vir diuinus pręcipiebat, vt, siquis linguæ alicuius compos fieri vellet, is in populum dimitteretur. nihil ad cumulate gentis eius linguam percipiendam defuturum arbitratus, si inter eos, qui tam de humilibus, quàm grauibus rebus loquerentur, assidue interesset. ad cuius pręcepti rationem ego quoque hunc meum non solum in populum latinæ linguæ. i. in bonorum authorũ libros deduxi, à quibus tam quę tritissima, quęque mediocriter nota, quàm quæ ignorarentur percipere posset, sed vt in tali studio ei summus, ac diuturnus labor abesset, magnopere curaui. nam illum populum, cui eum audiendo operam dare volumus, ita penè rem vnã quãque ordine loquẽtem induximus, vt quod primum à multis sparsim multo cum labore, ei erat sumendum, id nunc ab vno tantum, certissimo in loco, summa cum facilitate petere possit. Quid vero si iis quoque, qui tantum insignia illa perquirunt. Illud quoque respondeam? et doctissimis viris interdum euenire solere, in facilioribus aliquando rebus & ipsi animo vt hæreant? at (Dii boni) cui eorum hoc aliquando euenit? vni fortasse ex nostris recentioribus? Immo vero Atticus, qui quantum dicendo valuerit, & Ciceronis testimonium, & ipsius Atticum cognomen testatur. Atticus inquam Ciceronem aliquando, qui in perçea dixisset, ausus est reprehendere. quod scilicet oppido præpositionem adiunxerit. in qua tota parte Ci. se excusans perurbane cum illo iocatur, non nihil etiam Grãmaticorum superstigiosam diligẽtiam irridens, quando se dicat magna molestia liberatum fore, cum docebitur, num id recte vsurparit. habebat enim Terrẽtium, quem secutus erat, hominem ita Romane loquentem, vt eius fabellę, propter elegantiam sermonis, id quod Cicero etiam asserit, à C. Lælio scribi putarentur. Hic item ad ipsum Ci. inhibere remum male vsurpauit, quem locum Ci. postea correxit. Ciuis igitur Romanus, & ciuis Atticus in tam facili re & dubitare, & errare potuerit, nos vero quibus iam pridem aliena illa lingua facta sit, omnia à nobis audebimus libere proferre? Ego (etsi me in doctissimorum numero nequaquam pono) tamen vt de me ipse potius dicam, quoties calamum ad scribendum sumo, vnum fere quodque quod mihi ad dicendum exoritur, dubium facit, vtrum latinum sit, in iis præsertim, quę Italico sermoni persimiliter cadunt. vt exempli gratia, facere compromissum. debere animam. repugnare naturæ. habere cõmertium. contra vero, quæ non dicuntur recte, vt dare fidem. iuxta vulgi sermonem credere. quod tamen per tribuere latine dicetur, & sexcenta alia, quę nisi habeamus cuius testimonio ea proferre secure possimus, aut dubitãdo omittimus, aut ignorando barbare loquimur. Neque illud vnquã dissimularim, ad hanc vsque nostram ętatem latinam illam dicendi puritatem, atque elegantiam ita in tenebris oppressam iacuisse, vt, quę-

quid inde in suum splendorem educatur,pro digno,qđ obseruetur,haberi debeat. Qui vero po
tui,aut etiam debui hęc facillima pręterire:cum scirem Ciceronis esse pręceptum hanc latinę di-
ctionis facultatem nullis certis,& terminatis pręceptis constringi,sed ea tantum in bonorum con
suetudine obseruanda acquiri posse?Vt si extra vrbem esse. Item foris esse,ac eo modo peregre
esse suo verbo adscripserim,& in cæteris huiusmodi non paucis,quia planissima sint,mihi
vlli vitio ascribi non debeat. Ac ne tandiu in re minime dubia verser,non vident in hoc
ipso,quod ego facio,me naturam ipsam ducem optimam sequi? Quę in animalibus cre-
andis hominis figuræ,quia cæteris pręstantior esset,non solum operam dedit,sed eo vsq; de-
scendit in animalibus formandis,vt in insectis etiam operam suam occupet. Quid'q; in ipso etiã
homine non cõtinuo partes omnes nobiles fabricata est?sunt enim quędam in eo ita obscœnę,vt
etiam in illis appellãdis honos maxime pręfandus sit.quas quoniam hominis fabricæ necessarias
esse videbat,eas omittere noluit.nam continuo oculi,labia,Genę,frons,os totum cæterarum par-
tium munus obire neq; possent,neq; si potuissent,recte permitti posse videbatur.Ita ego in hoc ap
paratu meo si quędam solum insignia sectatus essem,partem tantum vnius corporis expressisse vi
deri potuissem,cum totũ ferè corpus conformandũ mihi sumpsissem. Sed iam illuc redeat, vn-
de tam longe prouecta est oratio mea.Tantum ego ab horum sententia absum,vt etiam fatear(q̃q̃
omnino,quæ à nobis obseruata sunt,haud pauca videri debent) multa me subterfugisse,quę in
hũc nostrũ apparatũ recte cõiici possent. Sed id à Iulio Camillo viro in hac vna pręcipiendi facul
tate facile principe cumulate absolutum expectare licebit. qui in suo theatro ita ad sua capita vel
vnũ quodq;,qđ homini in mentem dicere venire possit,ex ordine digestũ habet,vt inde vel infan
ti latina oratio in calamum scribenti q̃ vberrime cõfluere possit. Quod quidem diuinum opus ne
aliquo maligno fato nobis intercipiatur(nam aliquot annos ad Regiam voluntatem nobis pro-
ferri ęquo animo perferri potest)summis precibus à diis immortalibus contendendũ est. Venio
nunc demum ad eos,qui cum his oratoriis locutionibus poeticas fortasse etiam dicẽdi formulas
adiũctas expectabant.præsertim cum eius ipsius ætatis,in qua latini sermonis gloria constitit,poe
tæ complures ad hęc vsq; nostra tempora feliciter extent,ac celebrentur.his in hac parte mei cõ-
silii rationem hanc fuisse respondeo. non quod Lucretium, Virgilium, ac Horatium, & cæte-
ros felicissimi illius sæculi poetas planè latine locutos eẽ nescirem,qui in ea & nati, & coalti es-
sent lingua. sed cum ego hanc vnam oratorię dictionis facultatem attenderem tantum, scirem'q;
poetas sępius aliena ab oratoris lingua esse locutos,liberius'q; eis permissum in priscis, ac vetustis,
& ab vsu quotidiani sermonis intermissis verbis versari,in transferendis vero multo etiam licen-
tiosiores eos fuisse, ne imprudener,id quod vix vitari poterat,in planè poeticam aliquam dicendi
formam ac speciem incurrerem,me propterea à poetis prorsus abstinuisse.nam quod hæc religio
in comicis mihi haud iniecta sit,nemini mirum videri debet.quãdoquidem eorum oratio magis
cum oratorum,q̃ cum poetarum cæterorum oratione consentiat.in quibus siquid tamẽ animad-
uertendum fuit,illud sane quidem fuit,vt quæ quasi nascentis linguæ situm redolerent,aut non
adscriberentur in nostrum volumẽ,aut si quædam omnino præteriri nequirent,non sine lectoris,
quod factum est,admonitione,vt fieret.Quãq̃ poetarum quoq; ad hanc dicendi rationem formu-
las separatim à nobis habuisses,nisi subita illa vis Corneliani incendii extitisset.quod quidẽ non
solum Corneliorũ familię,sed ipsi etiã vrbi Venetiis calamitosum extitit.mihi vero calamitosius,
hoc enim opere cum vita ex medio incendio vix erepto. cætera mihi oĩa multorũ annorũ studia
cõcremata sunt.in quibus cũ his poeticis locutionibus,quicquid in simplicibus obseruarã haud
mihi ingratus labor periit.nec nõ ẽt Cor.Celsi,ac quas obseruarã in libris de re Rustica locutiões,
quas p illud tẽpus reliquo operi adiũgebã,nefario illo incendio cõsumptę sunt. vt,si minus cre-
bro,q̃ in operis principio institueram,ex his duobus authoribus adduci exempla videbis,me ex-
cusatum habeas,totam'q; hanc culpam in illud crudelissimum incendiũ transferas. Siqui vero
neq; defuerint,qui me coarguant,quod non satis pauca in exemplis adduxerim,quæ ad verbi ra-
tionem,cui vni obediendum fuit,nihil,aut parum admodum attinent.his id respondemus. neq;
nos id fugisse,sed ad maiorem apparatus nostri copiam id fecisse. præsertim cum ea ipsa cum iis
verbis,quibus subscripta erunt,sæpius in oratione cõiungi soleãt. Neq; pręterea sint quęso,qui
bus fastidium ereet illa q̃crebertima repetitio aliquid alicui,& aliquid ad aliquid.nam mihi po-
tius ad genus aliquod spectandum fuit,q̃ ad speciem vllam,quod vero aptius occurreret,non ha-
bui.Quin etiam vt hanc interdum satietatem vitarem,illud omisi,cum tamen ad locutionis for-
mã intelligi velim. Ac etiam inter exponendum siquãdo à verbi proprietate discedens,rei to-
tius sententiam assumens exposuero,ne mihi illud tanto vitio detur,quin vel leuissime dilui pos-
sit.nam sæpe penè necesse fuit ita facere,vt verbum cum reliqua parte magis congruere demon-

straremus. Interdum ēt quoniam aptissime cadebat, effecimus. Iam vero, vt omnibus satisfaciā, si collocandorū exemplorum rationē a me quis requirat, is sciat nullam mihi certā legem in iis collocandis propositam fuisse. nam quorum verborum exigua admodum copia fuit exemplorū, nihil attinere sum ratus, quoquo modo ea adnotarētur. quorum autem variæ significationes fue runt, eædemq; aut non multæ, aut non perplexę, ad eas interdum exemplorum ordinem institui. cum etiam non desint multa, in quibus propria primum, tum translata persequar. In quibus vero longus exemplorum ordo describendus fuit, magis primam vocum literam sequi constitui, ne in iis, cum aliquid quæreres, tibi longius errandum esset, quoquo alio modo adnotassem. In ver borū etiam significationibus referendis multas me ex eis prętериisse non ignoro, in quibus poetæ maxime frequentes sunt. de quibus ego eo nomine, quia mihi cum illis res non erat, mentionem nullam feci. Si vero cum de simplici verbo agerem, exemplum cōpositi verbi citatum est aliquā do, non enim nescimus q̃ compositorum & simpliciū verborum diuersa sit ratio eū, non magnū errorē haberi debere excusamus, cū præsertim ea cōpositio cum simplici suo eadē penè, vt fit in multis, esse possit. Restat vt, quādo nō satis fideli scriptorum opera in opere describendo vsi su mus, siqua lectio fortasse aliter in nostris exemplis, atq; in authoribus legitur, nisi nota emendatio nis adscripta, legetur. item si numero citato folium non respondebit aliquod, a me prorsus hanc omnem amoueas culpam. non enim omnes numeri nisi summo negocio cum interim opus cude retur, cōsuli potuere. Codices vero ad quos te reiicio. scito prȩter vnum Asconiū, ita casu factum, aldinos esse omnes, vnum vero pūctum post numerum cum habebis, primam paginam, cum duo secundam indicare scito. Codicum vero, siue authorum nomina, qui primoribus tātum literis prę scribuntur, eos vt infra vides explicatos habebis. Vale.

In or. lib.	idest in oratoriis libris.
.1. vo. or. / .2. vo. or. / .3. vo. or.	idest primo, secundo, tertio volumine orationum.
.1. vo. ph. / .2. vo. ph.	idest primo, secundo volumine philosophiæ.
De off.	idest de officiis.
Att.	idest Attico.
In fa.	idest in familiaribus.
Cæ.	idest Cæsar.
Sall.	idest Sallustius.
Pl.	idest Plautus.
Ter.	idest Terentius.
Asc.	idest Asconius.
Cel.	idest Celsus.
De re rust.	idest de re rustica.
•	prima pagina.
••	secunda pagina.

Quæ vero librariorum errata sunt, vt in præponendis, postponendis, supponendis'ue verbis, pun ctis, numeris, quoniam illis semper adesse nequiuimus, illorum negligentiæ condonabis.

APPARATVS LATINÆ LOCVTIONIS EX, M. T. CICERONE, CÆSARE, SALLVSTIO, TERENTIO, PLAVTO, AD HERENNIVM, ASCONIO, CELSO, AC DE RE RVSTICA, PER BARTHOLOMÆVM RICCIVM LVGIENSEM IN SVVM ORDINEM DESCRIPTVS.

a BALIENARE Planè verbi significatio per se nota est. est enim abalienare, quod nostrum erat, alienum fieri, & dicimus alienare aliquid, & aliquid ab aliquo, vt in exẽplis. ALIQVID. 2. vo. or. 80.. vectigalibus alienatis, sociis vexatis, regibus atq; gentibus omnibus exinanitis. ALIQVEM. in fa. 7.. qui nos quos fauendo in cõmuni causa retinere potuerunt, inuidendo abalienauerũt. Ter. 73. ita nos abalienauit. ALIQVEM ab aliquo: in fa. 9.. amissa est culpa eorum, qui à senatu ordinem coniunctiss. abalienauerũt. Att. 233. sed totum se à te abalienauit Dolobella. Pl. 162.. istuc crucior à viro me tali abalienarier. BENEVOLENtiã. in or. li. 125. valde beneuolentiã cõciliãt. abalienãtq; ab iis, qb. hęc nõ sunt.

ABDERE, Modo verbum hoc in loco, modo ad locum, modo cum præpositione, modo sine à bonis vsurpari comperies. vt SE LITERIS aliquẽ. 2. vo. or. 183. si q ita se literis abdiderũt. i. i studiis literarũ assidue sũt. RVS se aliq. Ter. 104. nã senex rus abdidit sese. IN ÆGYPTVM se. Att. 254. in Ægyptum nos abdimus. Ita IN CLASSe3. in fa. 130.. & sese abdiderit in classe3. Ita IN BIBLIOTHecã. in fa. 108. abdo me in bibliothecã. Ita IN SOLITVDINEM. Cę. 42. in solitudinem, ac siluas abdiderant. IN TENEBRIS. 3. vol. or. 109.. cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. EX CONSPECTV alicuius. Pl. 195.. ex conspectu heri sui sese abdiderunt.

ABDICARE Aliquem aliquid, & se aliqua re. vt GENERVM. Ter. in andriæ periocha. recusat nuptias, generum abdicat. MAGISTRATVM. Sall. 16. senatus decreuit, vti abdicato magistratu &c. & se aliquẽ MAGISTRATV. 2. vol. ph. 176. quid magnificentius, q̃ posse decernere, vt magistratu se abdicent coss. Ita CONSVLATV. 3. vo. or. 185.. eo die non modo consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Ita DICTATVRA. Cæ. 160. dictaturaq; se abdicat. ita tu in omnibus magistratibus recte vsurpabis. LIBERTATE. vide consulatu. SCRIPTV se. Piso apud Gel. 95.. scriptu sese abdicasse.

ABDICERE aliq. 2. vo. ph. 87. cũq; in quatuor partes vineam diuisisset, trisq; partes aues abdixisset, quarta parte, quæ erat reliqua in regione distributa mirabili magnitudine vuam, vt scriptum videmus, inuenit. Est enim abdicere, reiicere, & augurale est verbum.

ABDVCERE, Donatus cum exponit illud. Ter. 85. vbi ego illum quęram ? credo abductum in ganeum, dicit volentes ducimus, abducimus vero in inuitos. Ci. tamen vim interdum addit. 1. vol. ora. 165. hic est docimus ad quem iste deduxerat tertiam Isidori mimmi filiam, vi abductam à Rhodio tibicine. ANIMVM à solicitudine. in fa. 48. quę etiã si minus prodessent animũ tamẽ à solicitudine abducerẽt. Item in or. lib. 136. abducere animos à ꝯtraria defensione, & ad nostram conor traducere. A MOLESTIIS aliquem. in fa. 70. itaq; vt mones quantum potero me ab omnibus molestiis & angoribus abducam. AB ANGOribus. vide a molestiis: DISCIPVLOS ab aliquo. 1. vol. ph. 142.. quem discipulum cupio abs te abducere. in ora. lib. 112.

ABERRARE Aliquem re, & a re, vt in multis verbis ex prępositionibus compositis, in quibus præpositiò appositiuã vim retinet. PROPOSITO. 1. vo. ph. 165. sed de te æternitate dicentem aberrare proposito facile patiebar. A DISTRIBVTIONE. 2. vo. ph. 212. ac ne videar aberrare à distributione mea. i. non agi quod propositum sit per distributionem. AB ALIQVO aliq. Pl. 130. puer inter homines aberrauit à patre. ABSOLVTE etiam protulit. Ci. att. 199. at ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro. etsi intelligi potest, à dolore eum aberrare.

ABESSE. Pręter propriam significationem, modo ad rerum defectum siue carentiam, modo ad loci & temporis interuallum verbi significatio accõmodatur. vt in exẽplis. ANIMVM alicui. Pl. 17.. ita mihi animus etiam nũc abest. Pre timore dicit ad se nondum animum rediisse. ALIQVID alicui. in or. lib. 89. quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? HISTORIAM latinis literis. abest enim historia literis nostris. i. historia latinis scriptori-

bus caret. LAVDEM alicui.in ot.lib.190.. aberat tertia illa laus,qua pmoueret animos. Itē 190.. hoc vnum illi si nihil vtilitatis attulit, abfuit, si opus erat, defuit. vt magis omnino sit deesse,quā abesse. A' SCELERE aliq. Att.46. ego vero tantum illum puto ab isto scelere absuisse &c. A' CVLPA. in fa.81. nec esse vllum magnum malum præter culpam,a' qua quando tantum absumus &ce. A' REPREHENSIONE. in fa.157. dum,si quid acciderit mihi, a' reprehensione temeritatis absim. A' MOLESTIIS. in fa.47.. ideo leuius ferendum est, q eodem tempore a' multis ac magnis molestiis abes. A' BELLO. Cæ.68.. druides a' bello abesse consueuerunt.i.belli immunes esse solent. A' COGITATIONE aliq.2.vo.or.93.. & nomen ipsum crucis absit non modo a' corpore ciuium Romanorum,sed etiam a' cogitatione,oculis,aurib. A' TVRPITVDINE. ad Her.6..& a' simili turpitudine hominem nunquam abfuisse. ALIQVEM alicui.2.vol.ora.169. vt mirari torquatus desinat,me, qui Antonio abfuerim,Scyllam defendere.i.qui Antonium non defenderim, Scyllam defendam. CALAMITATEM. Att.196.. neq discordiarū domesticarum calamitatem,abfuturam fuisse. SVSPITIONEM. de off.46.. auaritiæq absit suspitio. FEBREM. Cel.59. dum febris absit. INFORTVNIVM ab aliquo. Ter.65.. nisi animus me fallit,haud multum a' me aberit infortunium. FRVMENTVM a maturitate. Cæ.134. quo neq frumenta in hibernis erant, neq multum a' maturitate aberant. A' DOMO. 1.vo.or.252.. vt ille non solum abesset a' domo.i. peregre esse. BIDVI a' loco aliquem. Att.77. cum & in castra proficisceret, a' quibus aberā bidui. ET LOCVM ab aliquo. Att.76.. nos in' castra properabamus, quæ bidui aberant. vtrobiq est duorum dierum iter intercedere. TRIDVO. Cę.79.. ne longius triduo ab castris absit. nunc est tris dies abesse. AB ALIQVO aliq. in or.lib.189.. multum ab iis aberat. L.Fusius.i.maximo interuallo.L.Fusius eos sequebatur. SPACIVM magnum aliquid. Cæ.23.. reliquæq legiones magnum spacium abessent. MAGNAM partem temporis. in fa.47.& absui magnam partem consulatus tui. ITER PAVCORVM dierum. Cæ.38.. cum paucorū dierum iter abesset. ita XXII Millia passuū. Cę.152. LONGE a re. in ot.lib.95.. a qua ipse longe absum. LONGE GENTIVM. in fa.196.. nostriq τυραννοκτόνοι longe gentium absunt. PROPIVS. Att.1.. quoniā propius abes. PLVRIMVM. 1.vo.ph.91. sed ab eo plurimum absum. AB SOLE. 1.vo.ph.246. nunc quidē paululum inquit ab sole absis,officerat videlicet apricanti. Cum his vero particulis tantum, & vt geminato,cū frequenter,tum peromate, poni consueuit, idemq significat, quod non modo non. Att.162.. tantum abest vt ille meā sententiam moueat,vt valde ego ipsi, q de sententia sua decesserit penitēdū sit,putem. Item in ora.lib.178.. vbiq tanquam impersonaliter cum tertiis personis,nūc personaliter cum prima persona. In ot.lib.107.. equidem tantū absum ab ista sententia, vt non modo non arbitrer subsidium senectutis in eorum &c. CVM TERTIA persona. Cę.201. hoc detrimento milites nostri tantū abfuerunt,vt perturbarentur, vt incēsi potius,atq incitati magnas accessiones fecerint in operib.hostiū expugnādis &c. aliquando etiam sine VT sequenti particula. in or.lib.190.. itaq tantū abfuit vt inflāmares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus.i.vt vix teneremus. aliquādo primum VT coniungitur in A, vel AB. de off.9.. id autē tantum abest ab officio vt nihil officio magis possit esse contrarium.i.tātum abest vt officiū sit,vt nihil &c.itē.3.vo.or.135. tantū abes a' perfectione maximorū operum,vt fundamēta,quæ cogitas,nondum ieceris. ALIQVANDO dissoluit verbi cōpositio. Cæ.124. qui erat ab oppido millia passuum circiter tria.i.aberat.

ABHORRERE. Omnino crebrius a te. vt Lau. Val. interdum tamen & rem boni dixerunt. ANIMVM alicui. AB ALIQVA re. Ter.117. nam omnino abhorrere animum huic video a' nuptiis. VOLVNTATEM a re.1.vo.or.110.a' quo mea longissime ratio,voluntasq abhorrebat. RATIONEM. vide voluntatem. ORATIONEM a re.5.vo.or.25.& vt arbitror,nec ab vtilitate eorum,qui audient,nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Pub. Sestii abhorrebit oratio mea. AB AVRIBVS. vulgi. in or.lib.149. abhorrēs ab aurib.vulgi. Item.167.. ALIQVID. 2.vo.or.26. nemo illum aditu,nemo cōgressione,nemo sermone,nemo conuiuio dignum iudicabant, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant &c.

ABIGERE. Pecudum est omnino abactio.sed tamen recte ad complura alia verbum transfertur. PECVS. 3.vol.ora.97.. pecus abegerunt. GREGEM. 1.vo.or.81.. pręterea greges equarū eius istum abigendos curasse. Item.112. MVSCAS. in or.li.131.. puer abige muscas. Cel.131. LASSITVDINEM a se. Pl.166. age dum acanthio abige abs te lassitudinē. ALICVNDE aliq. Pl.3. abigam iam ego illū aduenientē ab ędib. ALIQVO. aliq. Ter.85. abigam hunc rus. PARTVM mulierē. 2.vo.or.24. qd' ab hęredis secūdis accepta pecunia partū sibi ipsa medicamētis abegisset,nūc ē medicamētis abortū facere.

ABIRE.

ABIRE. Discessum habet germana verbi significatio, sed aliorũ more puenuste transferas licebit, vt exẽplis docebitur. AB IVRE aliq. 1. vo. or. 99. de suis bonis ita dat, vt ab iure nõ abeat .i. vt cõtra ius non faciat. AB IVDICIO. 1. vo. or. 51.. nunquid causare, quin ab iudicio abeas turpissime victus? E' VITA. 1. vo. ph. 164. Catto autẽ sic abiit e' vita. E' MEDIO. Ter. 145.. ea mortẽ obiit, e' medio abiit. MAGISTRATV. in fa. 60.. atq; abeuntẽ magistratu cõtionis habẽdæ potestate priuauit. CONSVLATV. Att. 11. qua cum abiens consulatu sum domũ reductus. IN SVMPTVM aliquid. Att. 171. in quos enim sumptus abeunt fructus prædiorũ? IN malam CRVCEM. Ter. 130. abi hinc in malã crucem. IN DIEM aliquid. Ter. 140. præsens quod fuerat malũ, in diem abiit. NAVSEAM. Att. 226. nausea iã plane' abiit. OBVIAM alic. Ter. 56. abi dum tu Dromo illis obuiã. PESTILENTIAM de loco. in fa. 232.. de loco nũc quidem abiit pestilẽtia. PESSVM. Pl. 40.. ne pessum abeat. SIC. 1. vol. ph. 125.. etsi hoc inquit fortasse nõ poterit sic abire. Itẽ Ter. 4.. TEMPVS. 2. vo. or. 125.. abiit illud tẽpus, mutata ratio est. Ita ILLA. in fa. 138. illa mea, quæ solebas antea laudare, o' hominẽ facilẽ, o' hospitem non grauem, abierũt. VIAM suã. Pl. 243. sine me hinc abire. tu abi tacitus viam tuam.

ABIICERE Aliquid. ABIICIMVS modo quod in nobis est. modo quod in alio, prius habet rei contẽptum & recusationẽ, posterius aduersarii victoriam possidet. vt ALIQVEM. in fa. 151. ⁀ 151.. quantaq; cõtentione tytiũ intercessorẽ abieecerim. Itẽ att. 327.. AVTHORITATEM alic. att. 16.. nam & senatus authoritatẽ abiecit. AD PEDES se alic. Att. 55. abiecta toga se ad generi pedes abiecit. AMOREM 3. vo. or. 175. oẽs se amorẽ abiecisse illinc. COMMENTATionẽ, CVrã, Cogitationẽ. i fa. 338.. nã oẽm nostrã de rep. curã, cogitationẽ de dicẽda in senatu sentẽtia, cõmentationẽ causarũ, abiecimus. CONSILIVM. 2. vo. or. 107. cõsiliũ belli faciũdi abiecerit. CONCTATIONẽ. de off. 15. sed iis, qui habent a natura adiumẽta rerũ gerẽdarũ abiecta omni conctatione adipiscendi sunt magistratus. DOLOREM. in fa. 70. q̃q̃ tuis monitis & pręceptis omnis abiiciẽdus est dolor. Item Att. 182. GLORIAM. in or. lib. 128. seseq; si quã gloriã peperisse videatur, tametsi nõ sit æqua merces periculi, tamen ea non delectari, totãq; abiicere, & deponere. OBEDIENtiam. de off. 20.. relinquunt enim & abiiciunt obedientiã. ÆDIFICATIONEM. in fa. 202.. q te abiecisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos. Item. 3. vol. or. 120. TOGAM. vide ad pedes. ONVS. 1. vol. or. 20. opptimi me onere officii malo, quam quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiã abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere? IN REM ALIquid. de off. 102. qui omnes suas cogitationes abiecerũt in rem tã humilẽ, atq; contẽptam. i. collocarũt, sed verbo apto vsus est ad rem contemptam.

ABIVDICARE. Est per sententiã aliquid ab aliquo auferre, sed plurimũ valet in transferẽdo, vsus est, ab aliquo aliquid alicui abiudicare. 2. vo. or. 66. iudicabit Alexandriam Regis esse, a Po. Romano abiudicabit. 1. vo. or. 77. neq; tãta fortunis omniũ pernicies potest accidere, q̃ opinione Po. Ro. rationẽ veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari .i. quam si Po. Ro. persuasum sit hunc ordinẽ nullã veri: inte: fid: reli: rationẽ habere. A' VITA se aliq. Pl. 27.. nam equidẽ me iam quantũ potest, a vita abiudicabo. LIBERTATEM. SIBI. 1. vo. or. 304. ipsum sibi libertatẽ abiudicasse. ALIQVID. in or. lib. 118. vbi plus mali, q̃ boni reperio, id totum abiudico, atq; reiicio.

ABIVRARE Aliquid. Att. 5. mihi certius est abiurare q̃ depẽdere. Sall. 9. sed ea sępe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat cędis conscia fuerat. est autem abiurare iureiurãdo aliquid negare.

ABLAQVEARE. De re Rust. 7. stercus diuidito sic, partem dimidiam in segetem, vbi pabulum seras, inuehito, & si ibi olea erit, simul ablaqueato, stercusq; addito.

ABLEGARE Aliq. ALIQVO. Teren. 110. aliquo mihi est hinc ablegandus dum parit philumena. AB ALIQVA re aliq. Att. 133.. & a fratris aduentu me ablegat.

ABLVERE Aliquid aliqua re. ad Heren. 28. tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

ABORTARE Prægnantes. de re Rust. 48.. ne dũ exilire velit, pręgnans abortet.

ABRADERE Aliquid ab aliq. 1. vol. or. 288.. atq; illis paucis dieb. posteaq̃ videt nihil se ab A. Cæcinna posse litium terrore abradi.

ABROGARE. Est infirmare inquit Sex. Pomp. vt IMPERIVM. in or. li. 169. qui collegæ suo imperiũ abrogauit. Item de off. 60. MAGISTRATVM. 3. vo. or. 115.. qui collegæ magistratũ p seditionẽ abrogauit. LEGEM. in or. lib. 184.. vt legẽ Semproniã Po. frequẽtis suffragiis abrogauerit. FIDEM. 1. vo. or. 52. si iam tibi deliberatũ est, qb. abroges fidẽ iusiurãdi, respõde.

ABSCEDERE Aliquid ab aliquo. Ter. 119. cito ab eo hæc ira abscedet. ALIQVID. Cel. 17. sed cum inferioribus partibus aliquid abscessit,

ABSCINDERE. Linguam. Pl. 8.. iam quidẽ Hercle ego tibi istã scelestã scelus linguã abscin-

dam.

ABSOLVERE. Est omnino liberare maximeq; ad iudicia pertinet, verum quoniam re semel incepta impedita esse videtur donec ad finem suũ perducatur, eo factum est, vt absoluere sit rei finem imponere. estq; interdum pro soluere, vt nauẽ, & dicimus aliquid, & de aliqua re absoluere, vt in exemplis demonstrabitur.

Pro absoluere.

ALIQVEM omnibus sententiis.1.vol.or.223.. seruus ille innocens omnibus sententiis absoluitur. MAGNO numero sententiarum. Asc.33. magno numero sententiarum Cornelius absolutus est. COPIOSE. Att.11..senatorũ enim vrna copiose absoluit. PLENISSIME. Asc.33. sed syllanus plenissime absolutus est. APERTE. Att.324. Domitius saluinus is aperte absoluit, vt omnes viderent. SVTORIO, attramento. in fa.139.. iam pater eius accusatus a M. Antonio sutorio attramento absolutus putatur. Ita paucis punctis inter damnationem, & absolutionem ad illud. Asc.10. INIVRIARVM aliquem. in ora.lib.10. Item C. Cælius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam nominatim in scæna lęserat. ALIQVEM alicui.1.vo.or.113. hunc hominem veneri absoluit, sibi condemnat, maluit videlicet homines peccare q̃ deos. SE AB ALIQVO re aliqua.1.vo.or.51. vt ne roscium stipulatione alliget, neq; a fannio iudicio se absoluat?

Pro perficere.

ALIQVID. de off.54. vt nemo pictor esset inuentus, qui veneris eam partem quam appelles inchoatam reliquit, absolueret. OPVS. in or.lib.206. itaq; hoc sum aggressus statim Catone absoluto. VIAM. Att.1..propterea q; curator est viæ flaminiæ, quę cum absoluta erit IVRISDICTIONEM. in fa.59. reliquamq; iurisdictionem absoluerẽ. TEMPERANTIAM, MOdestiam, IVstitiam.1.vo.ph.110. his initiis, vt ante dixi, tanq̃ sermonibus, a natura datis, tẽperantia, modestia, iustitia, & omnis honestas perfecte absoluta est. PAVCIS aliqd. Sall.13. nãq; vti paucis verum absoluã. DE RE aliqua. Sall.2. igitur de Catilinæ coniuratione q̃ verissime potero, paucis absoluam. BREVI aliq. Pl.94.. te absoluam breui. CREDITOREM. Ter.82..ego ad forum ibo, vt hunc absoluã. Item obsecro te Hercle hominẽ istum impurissimũ q̃primum absolui tote. nam quibus debet, veluti ligati sunt, ait DO. NAVEM. Pl.162. Philocomasium quęrito, a matre illius venio, si est itura, eat, omnis moratur, nauẽ cupimus absoluere. nunc aperte est pro soluere.

ABSORBERE Aliquid aliquem. in ora.lib.191. sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

ABSTERGERE. Aliquid alicui. Att.313. amabo te aduola, cõsolabor te, & omnem abstergebo dolorem. METVM. in fa.136..(volo enim abstergere animi tui metum) SORDITVDInem. Pl.211..quam orationem hãc aures dulces deuorant, vt mihi absterserunt omnem sorditudinẽ. VVLNERA. Ter.42.. sine sanguine hoc fieri non posse, quin, abstergerem vulnera?

ABSTERRERE A se aliq.2.vo.or.296. nolite eũ supplicem a vobis absterrere.

ABSTINERE Aliq. aliqua re, & ab aliqua re. Pl.140. & illi quoq; haud abstinẽt sæpe culpa. PECVNIIS aliorũ. Att.140. cõsiliũ primũ est suffocare vrbẽ & Italiã fame, deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletũ nõ abstinere. INIVRIA. de off.66. quotus enim quisq; reperitur, qui impunitate & ignoratione omniũ proposita abstinere possit iniuria? VIRGINE se. Ter.103..quid ais? cum virgine vna adolescẽs cubuerit, plus potus se illa abstinere vt potuerit. ALIQVEM aliqua re. Pl.13. ego isthæc feci verba virtute irrita, nunc quãdo factis me impudicis abstines, ab impudicis dictis auerti volo. i. quando me impudicitiæ non accusas. AB ALIQVO aliquid. att.41. quod me ad vitã reuocas, vnũ efficis, vt a me manꝰ abstineã.

ABSTRAHERE In seruitutẽ aliq. Cæ.89. bona ciuiũ Romanorũ diripiũt, cædes faciũt, in seruitutẽ abstrahũt. A CONSPEctu alicuius. i or.li.156. atq; i altũ a cõspectu penẽ oium abstraxit.

ABSVMERE. Morbum aliquem. Cel.19. isq; maxime pueros morbus absumit. ALIQVA RE aliq. Ter.129. cum ille & cura & sumptu absumit? VINVM. Ter.6..pitissando modo mihi quid vini absumpsit. OPES in aliquid. Asc.9. adeo, vt i eius impẽsas opes suas absumpserit.

ABVNDARE Aliqua re. Ter.125.. amore abũdas antipho. PRÆCEPTIS. de off.1. q̃q; te Marce fili annum iam audientẽ Cratippũ, idq; athenis, abundare oportet præceptis institutisq; philosophiæ. LAVDE bellica. de off.16. quidẽ certe vir abũdãs bellicis laudibus. HONORIbus. in fa.149.. mihi crede amplifs. honoribus abũdabis. DOCTRina, & INGENio. i or.li.148. q cũ ipsi doctrina & igeniis abũdarẽt. OTIO. in or.li.154. i quã hoies q̃si caducã, atq; vacuã abundãtes otio nobis occupatis inuolauerũt.

ABVTI. Est rem & fructum perdere ait DO. super illud operam abutitur, & abuti rem, & re veteres dixerũt. vt ARGENTVM. Pl.221. nam hoc argentum alibi abutar. MERETRICEM. Ter.131. ita ne tandem quæso, meretricem vbi abusus sis. OPERAM. Ter.1. nam in prologis scribundis operã abutitur. PATIENTIA. in.1. vol.ora.97.. quousq; tandem abutere Catilina patientia

patientia nostra? SERMONE. Att.111.nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus sit.

ACCEDERE Modo adire,seu venire,modo addere,seu adiungere significat, necnon perpulchre in vtraq; significatione transfertur. quarum etiam eadē cōstructio est. dicimus enim aliquid alicui,ad aliquid,& in aliqd accedere. SOMNVM alicui.Cel.13..ēt si interdiu somnus accedit.item.58.vel si somnus non accedit. FEBREM.Cel.24.quisq; febre liberatus est,simul latq; ea vno die non accessit.i.non rediit. Ita quartanam. AD IGNEM. Ter.26..accede ad ignē hūc. AD PEDES ali. Att.9.ad pedes oiu; sigillatim Clodio accedente. AD CORPVS. Att.322..sicut ad corpus eius accederet. AD AVREM aliqd. Ter.112. Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus. AD CONDITIONEM aliq. 1.vo.or.162. condemnari cum istius inuidia,infamiaq; malebant, quam ad eius conditiones, pactionesq; accedere. Item Att.133. AD PACTIONEM. vide ad conditionem. AD RATIONEM aliquem.1.vo.or. 14. cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationem nemo accessit. ALIQVO. 1.vo.ora. 262.cum ego noctu ad Heracliam accederem. idest peruenirem. COMINVS ad aliq.Att.23. ad te vt video cominus accessit. INTRO. Ter.9. accessi intro. PROPIVS. in fa.45. hoc tempore velle te mecum si propius accessisses,de officio vtriusq; nostrum communicare. PROPE ad aliquid. Att.100.q; tam prope accederet ad similitudinem tuæ literæ. PROPIVS ad veritatem.in or.lib.103.& ad veritatem vitæ propius accedere. Ita DICENDO. 1. vo.ph.111.sed vt propius ad ea Cato accedam, quę à te dicta sunt. idest quę magis ad ea faciunt,quæ à te dicta sunt. Ita PROXIME ad aliq.3.vo.or.112.proxime accessit ad deos Clodius,propius quam tu,cum ad ipsos penetrarat.Item.2.vo.or.296.. de off.103. IN FVNVS. 2.vo.ph.183..quo circa pitacus omnino accedere quempiam vetat in funus aliorum. IN SENATVM. Att.104. ne ante in senatum accederem,q̄ rem confecissem. Att.100. ANIMVM postquam hanc rationem cordi, vtriq; addidi,accessit animus ad meam sententiam. ANIMVM alicui. Att.79. Cassio, qui antiochia tenebatur, animus accessit. ANNVM tertium. Att.289.. tuq; ante ab aliis auditurus esses annum tertium accessisse desiderio nostro, & labori tuo. MANVM extremam operi. in or.lib.175.manus extrema non accessit operibus eius. PECVNIAM alicui. Ter.112.quia paululum vobis accessit pecunię, sublati animi. ROBVR. 3.vo.or.53. cum autem paululum iam roboris accessisset ætati. DOLOREM. Att.12. dolor accessit bonis. ÆTATEM vino. Cel.27. atq; etiam illud vinum, cui nihil adhuc ætatis accessit. VOLVNTATEM alicuius ad aliquem. Teren. 123. voluntas vestra si ad poetam accesserit. pro si faueritis inquit Donatus. AD ALIQVID aliquid. Teren. 5.. ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. AD SOCIETATEM rei. in fa.148.. sin ad societatem integerrimorum & maximorum periculorum accedam. CVMVLVM rei.in fa.199.quam maximus his literis cumulus accedat. ET IN CVMVLVM. 2.vo.or.78.. sed omnes vrbes,agri,tegna deniq;, postremo etiam vectigalia vestra venierint, accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum.

ACCENDERE Aliquid. VT LVMEN. 2. vol.ph. 200. Deus ipse solem quasi lumen accendit. SOLEM. vide lumen. SITEM aliquid. Cel.33. hæc enim sitim accendit. ALIQ. Sall. sed quę res Marium prę honore, quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat.

ACCERSERE. Lau. Vall. accersere & arcessere idem esse ait,id vero vtrunq; significare,quod est,ire ad vocandum,vel vocare. addit prætere a quartæ interdum esse coniugationis accersere, nescio quod exemplum adducens, quasi Cic. in eam coniugationem nunquam verbum illud protulisset. nos addimus ad accusandum etiam verba esse accommodata, & ad quędam alia recte,& eleganter transferri solere. vt exempla docebunt. ALIQVEM. Ter.7..obstetricem accerso. VXOREM. Ter. 13..cur vxor non accersitur. Item.17.. Don.ait. proprie vxorem accersi, cum ad virum ducitur. RIVVLVM. 2.vo.or.41. si nautem vt riuulus accersitus.idest deriuatus. ALICVI ali. in or.lib.157. sed orationi splendoris aliquid accersunt. AD ALIQVID. Sall.21.Gallorum gentē infestissimā Ro. nomini ad bellum accersunt. AD SOCIETATEM rei. Att.35. & si erit pugnandum, accersam ad societatem laboris.vel tu legas arcessam, vti etiam legitur. CRIMINE ambitus aliq.3.vo.or.40.ipse alterum iterum ambitus crimine accersiret. vbi quartę est coniugationis, vti item est. Att.272. ad se accersiri iussit. CRIMINE inuidioso.2. vol.or.131. q; tum magis inuidioso crimine, q̄ vero accerseretur.

ACCIDERE. Tam secundis, q̄ aduersis rebus verbi vsus accommodatur, vt Donatus ait, & nos multis exemplis comprobabimus. & dicimus accidere aliquid alicui, ad aliquem, & in aliquem. est etiam, vbi est pro cadere. GRATISSIMVM aliquid alicui. in fa.30.. tum q;

ex literis tuis,& ex multorum sermonibus intelligo omnia,quæ a' me profecta sunt in te,tibi accidisse gratissima. IVCVNDISSIMVM aliquid alicui. in fa.40. minime mihi miranda,& maxime iucunda acciderunt. Att.100.. FACVLTATEM alicuius rei. Cæ.90. hæc cogitanti accidere visa est facultas bene rei gerendæ. BONI aliquid.Ter.10.interea aliquid acciderit boni. CALAMITATEM alicui. in fa.206.tamen mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse. DVBITATIONEM. de off.55.credo si quando dubitatio accidit,quale sit id,de quo consideret. AD ANIMVM aliquid.Att.49.q me vetas quicquam suspicari accidisse ad animũ tuum.IN ALIQ. aliquid. Ter.22. eodem die istuc verbum vere in re accidit. PRÆTER opinionem. in fa.40. q nihil tam preter opinionem meam accidere potuit. Ita preter spem. 2.vo.ora.8.. DOLOREM alicui.1.vo.or.131..mirum quendam dolorem accidere illis. DIVINITVS. in or.lib. 237. maximeq; si id diuinitus accidisse potuerit videri. QVORSVM. Ter.6..misera timeo hoc incertum quorsum accidat. AD GENVA alicuius. Ter.109.. mater consequitur, iam vt limen exirem ad genua accidit, lachrimans misera. nunc nullum rei habet euentum, sed pro cadere simpliciter est positum. TELLA. Cæ.32. vt neq; ex inferiore loco satis commode tella adiici possent, & missa a' Gallis grauius acciderent. Item.36. & hic pro cadere est.

ACCIPERE. Huiusce verbi significatio tam varia, tamq; multiplex est, vt non facile sit eam deprehendere posse. modo enim est datum sumere,modo tractare,interdum sentire,nonnunquam intelligere. sed quid ego singulas significationes cõmemorare aggressus sum? quasi ego id sperem paucis posse assequi. habe igitur tibi satis a' me lector humanissime, si haud exiguam exemplorum copiam, vnde eam ipse facile cognoscere posses, tibi in suum ordinem collegi. AVDITIONEM de re aliqua. in fa.112. Romam cum venissem tenuem quidem auditionem de ea re accepi. BENEFICIVM. de off.13. sed non is solum gratus esse debet,qui accipit beneficium, verumetiam is cui potestas accipiendi fuit. CALAMITATEM. de off.61.. quæ cane si calamitate accepta maiores animos habuit, quàm vnquam rebus secundis. Item Cæ.214. Att.277. 1. vol.ora.12. CAPVAM. Att.128. cum imparatam iam Capuam non solum ignauię delectus, sed etiam perfidiæ suspitionem fugiens accipere nolui. CAVSAM. 3.volu. ora.81. quam nos causam non accepisse-mus? nunc est pro excusatione. CAVSAM. in ora. lib.141. tenere quæ didiceris in accipienda causa. nunc est cum patronus a' cliente causam audit diligenter. pro defendere magis dicimus suscipere causam. CONDITIONEM. in fa.261. accepimus conditiones,sed ita, vt remoueat præsidia ex iis locis, quæ occupauit. Teren. 2.. Pl.35.. COGNITIONEM rei ab aliquo. 2. vol.ph.57. accepit ab his cognitionem deorum. vt Cæsar.13.. disciplinam dixit. CONSVLEM de plebe. in or.lib.163..cum de plebe consulem non accipiebant. CONTVMELIAM. 1. vol. ora.120. tanta contumelia accepta. CONTVMELIAM in se. Teren.42.. hanccine ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam gnaro? AVRES aliquid. 1. volu. ora. 113. nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt. DECVMAS. 1. volu.ora.153. imperat agyrinensibus, vt decumas ipsi publice accipiant. Item.166. DETRIMENTVM. Cę.138.. & si aliquo accepto detrimento, tamen summa exercitus salua. Item. 2. vol.ora. 6.. DOLOREM. Att. 85.. accipiam equidem dolorem mihi illum irasci. DISCIPLINAM. Cæ.13.. ac disciplina, quam a' nobis accepissent. EPISTOLAM. Pl.268.. ab iston ipsas accepisti? Item in fa.48. sed accipio ex ea parte, quatenus, aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur. vt tabellariorum etiam sit accipere literas, aliis reddendas. EXCVSATIONEM. in fa. 25. sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Item.48. de off. 104. EXISTIMATIONEM. in fa.136.. vt cum me hospitio recipias,existimationem te aliquam putes accipere. FIDVCIAM. 2.vol. ora.157. pecuniam adolescentulo grandi fœnore fiducia tamen accepta occupauisti. Item. 1. vol. ora.36. FOEDERA. Sall.32. postremo Masinissa nos ita statuit P.C. ne quem coleremus, nisi PO. RO. ne societates, ne fœdera noua acciperemus. HONORES. Att.275.cum exploratum habere cœpero Cæsarē honoribus quos acceperit,extraordinariis fore contẽtum. INCOMmodum.Cæ.207.quo tamen incõmodo Domitius accepto reliquias exercitus dissipati collegit.Item.85. INIVRIAM. Att.8.profecto nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis. Itẽ de off.49. in fa.60.. 1.vo.or.64. IGNOMINiā.Cę. 81..illo imperāte meruisse,vt nullā ignominiā acciperēt. IVDICIVM.1.vo.or.11.& cũ is iudiciũ acciperet pro Quintio .i. Quintii personā in iudicio pręstaret. IVDICIVM in verba alicuius. 1.vol.ora.11. iudicium cum acciperet in ea ipsa

ea ipsa verba, quę Neuius edebat. LEGEM. de off.74. quo, cum in eadem causa esset, deprecante accepta lex non est. Item.3.vol.ora.87. quæ lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere? idem est cum ferri. LITEM ad se. vide supra ad se. LIBERTATEM. Sall.39.. vos pro libertate, quam ab illis accepistis. LVDOS. Att.249. quemadmodum ii ludi accipiantur. idest placeant. LVMEN alicuius rei. in or.lib.159..& luna accessu & recessu suo solis lumē accipit. MAGIstratū. Att. 93. is a' me cum tribunatū accepisset. Item.1. vo.or.275. MANDATVM.1.vol.or.111.. & testimonium publicum mandataq; acceperant. MEMORIAM de aliq. de off.103..aut de quibus memoriam accepimus. i. recordamur ipsi. MEMORIA aliquid ab aliquo. M. Cato, apud Gell.203.. atq; ego a' maioribus memoria sic accepi. METVM. Ter.58. nihil satis firmi video, quamobrem accipere hūc mihi expediat metum. i. timere. MOREM ab aliquo. de off. 60.. itaq; præclarum a' maioribus accepimus morem rogandi iudicis. OFFENSIONEM. Att.14. nam quanta sit in quinto meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. OMEN. 2.vo.ph.101..accipio omen inquit. ONVS. 2.vol.ph.58. quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata. ORATIONEM. Cæ.47.. accepta oratione eorum Cæsar obsides imperat. i. audita. OPINIONEM de aliquo. in fa.13.. qui de vno acerrimo & fortissimo viro, meoq; iudicio omnium magnitudine animi, & constantia præstantissimo. Q. Metello. L. Filio quandam falsam opinionem acceperunt. PALMAM. in or.lib.180. cum palmam iam primus acceperit. PECVNIAM obtem iudicandam. Att.23. quid verius quam in iudicium venire, qui obtem iudicādam pecuniam acceperit? PLAGAM. Att.79.. at ille cohortem primam totam perdidit, centurionemq; primipili nobilem sui generis Asinium dentonem, & reliquos cohortis eiusdem, & Sex. Lucilium. T. Cauii Cœpionis locupletis, & splendidi hominis filium, trib. Mili. sane plagam odiosam acceperat. Item.112. 3.vol. or.12.. PRÆCEPTA. in or.lib.116. ista ipsa præcepta acceperit. Item.156. PRÆDEM. in fa.28. laodiceæ me prædes accepturum arbitror. PROVINCIAM. in fa.23. Bibulus prouinciam acceperat. Item.31. QVOD DAT. hoc dicendi modo Ci. bis quod viderim vsus est. in eos scilicet qui cum adduci non possunt, vt totum concedant, dant tamē aliquid. in fa.2.15, hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem ostendit, quod dat, accipimus. Item.1.vo.ph.82. hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. idest gratum est. quibus item locis fortasse haud illud dissimile est ad Att. 9. hic dies me valde crasso adiunxit, & tamen ab illo aperte, tecte quicquid est datum, libenter accepi. ROGATIONEM. de off.74. rogationem suasit eam, quam. L. Furius, & Sex. Attilius ex Sen.con. ferebant, qua accepta et hostibus deditus &c. Item. Asc.29.. Att.9.. REMP. 2.vol.ora.199. Remp. illis accepi temporibus eam, quæ pene' amissa est. RVDEM. 3.vol.ora.174.. tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti. SALVTEM ab aliquo. 2. vol. ora. 240.. audierat ex illo se a' me bis salutem accepisse. Item Cæ.83. SATISFACTIONEM. in fa.101.. hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Item Cæ.14. 67. SATIS solui iudicatum. in causis solebat interdum a' litigatoribus fiduciam soluendi, quod iudicatum esset, quæri, quod veteres hoc modo pronunciabant, satis dare, & satis accipere. 1.vo.or.7.. si veretur vt res iudicio facto parta sit, iudicatum solui, satis accipiat. Item.99.. SERMONEM. pl.27. sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam. SOCIETATES. vide fœdera. Item Sall.83. SORDES. att. 81. has a' nostro Q. Ticinio sordes accepimus. idest hanc ignominiam a' Q. Ticinio tulimus. TABELLARIVM. att.318.. sed quæro locupletem tabellarium accipiant. vt dicamus tabellarium accipere literas, & literas accipere tabellarium. VADEM pro aliquo. att.289. cum me pro adolescentulo ac pene' puero Respub. accepisset vadem. VIM. 2. vo.ph.65. atqui omne animal ad accipiendam vim externam, & ferendam paratum est. nunc est pati vim illatam. VOLVNTATEM. in fa.60. cum par voluntas accipitur, & redditur. hoc est quod Ci. in amicitia appellat mutuum. VOLVPTATEM. 1.vo.ph.65. quia voluptatem hāc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens, mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. VVLNVS. att. 79.. qua in fuga magna authoritate Osates Dux parthorum vulnus accepit, eoq; interiit paucis post diebus. Item in or.lib.131..

Vt vero lectoris facilitati consulerem, cui prorsus in toto opere studendum duxi, visum est præter accusatiuas huiusce verbi locutiones, quasdam etiam per ablatiuos medios, necnon cum quibusdam præpositionibus, ac etiam

aduerbiis prolatas, separatim adscribere.

CVM ABLATIVO MEDIO.

ANIMO aliq. 1. vo. or. 157. sed quem accipio ipse oculis, animoq; sensum, hunc vere apud vos, & vt potero planissime exponam. APPARATV regio aliq. de off. 126. post autem regio apparatu accepti. AVDITIONE aliquid. 2. vol. ph. 45. nec tamen vnquam exissent supra terram, accepissentq; fama, & auditione esse quoddam numen & vim deorum. i. intellexissent. AVRIBVS aliquid. in or. lib. 103. sit boni oratoris multa auribus accepisse. i. audisse. CORDE aliquid. Pl. 71. nam pol haud satis meo corde accepi querelas tuas. CRVCIATV aliquem. Pl. 193. nisi effecero, cruciatu me accipito carnufex. DOLO malo aliq. Att. 1. quas tum dolo malo mancipio accepisse de vario diceret. Item de off. 68. FAMA aliq. vide auditionem. Item Ce. 70. FANDO. Pl. 9. neq; fando vnquam accepit quisquam. HOSPITIO aliq. Att. 32. & hospitio agresti accipiemus. MEMORIA aliquid. vide memoriam. MODIS indignis aliq. Ter. 79. indignis cum egomet sim acceptus modis. MODIS miseris. Pl. 41. ego pol te præstigiator miseris iam accipiam modis. MANCIPIO. vide dolo malo. OCVLIS. vide animo.

CVM PRÆPOSITIONIBVS.

A' MAIORIBVS. 1. vol. or. 64. sic enim a' maioribus nostris accepimus. AD SE aliquid. Pl. 129. & accipiam hanc ad me litem. AD SE aliquem. Pl. 101. leno accipiet ad se auri cupidus. Item. 235. accepit ad sese haud secus quam si ex se simus natæ. nunc est domi suæ. AD SENTENTIAM aliquid. in or. lib. 133. est etiã in verbo positum insulsum genus ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare. DE ALIQVO. Att. 1. quas eum dolo malo mancipio accepisse de vario diceret. i. a' vario. DE ALIQVO. in fa. 13. sed quod de illo acceperunt. nunc possessiue est. Item Sall. 35. EX EA parte. in fa. 48. sed accipio ex ea parte, quatenus &c. IN AMICITIAM aliq. Att. 37. numerium numistium libenter accepi in amicitiam. IN BONAM partem aliquid. Att. 51. sed bonam in partem accipies. Ita IN EAM. 3. vo. or. 146. tu vero in malam, pessimam, optimam, vtramuis, vtram &c. IN CIVITATEM aliquem. de off. 8. vt maiores nostri Thusculanos, æquos, volscos, sabinos. hernicos in ciuitatem etiam acceperunt. IN MVNERIBVS aliquid. C. Gracchus apud A. Gellium. 215. ita versatus sum in prouincia, vt nemo possit vere dicere assem, aut eo plus in muneribus me accepisse. i. vel asse donatum fuisse. IN ALIQVAM rem aliquid. Pl. 37. hosce vti accipias coquos, tibicinasq; & obsonium in nuptias Megadorus iussit. i. ad nuptias celebrandas. IN PRANDIO. Pl. 81. ita lepide, nitideq; in prandio accepisti apud te, vt semper meminerim. IN FIDEM aliq. Sall. 83. persen deinde Phil. F. post multa & varia certamina, apud samothracas deos acceptum in fidem callidi & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, in somniis occidere. IN SE contumeliam. vide contumeliam. PRO FACTIS. Pl. 5. ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. idest tractabo vt meritus es.

CVM ADVERBIIS.

ADMIRABILITER Aliquem. Att. 75. nos asia accepit admirabiliter. ALIORSVM atq;. Ter. 26. ne ne aliorsum, atq; ego feci, acceperit. ASPERE. Att. 135. quanto nunc idem accipiet asperius. BENE. 1. vo. or. 160. ita male, melius, peius &c. CLEMENTER. 1. vo. or. 220. leniter clementerq; hominem accepit. DVRIVS. Att. 2. durius accipere hoc mihi visus est. FAMILIARITER. Pl. 6. familiaris accipere saxo haud familiariter. LEPIDE. vide in prandio. LENITER. vide clementer. MAGNIFICE. Pl. 183. magnifice volo summos viros accipere. vt apparatu regio. PROLIXE. Ter. 50. accipit hominem nemo melius prorsum neq; prolixius. idest pa scit. Do. air. PVBLICITVS. Pl. 3. hospitio publicitus accipiar. carcere timebat Sosia. MODERATE. in fa. 167. ea te moderate accepisse. idest tulisse æquo animo.

ET ACCIPERE aliquem dicere. 2. vol. ph. 170. idem ego te accipio dicere arpinum germanam patriam esse vestram. idest nunc audio.

ACCLAMARE Alicui. in or. lib. 188. sed tamen non metuo, ne mihi acclametis. idest ne mihi assentiamini. Item. 1. vol. or. 190. po. cum risu acclamauit ipsa esse.

ACCOMMODARE. Hoc verbum, cum in eo quaternione qui mihi in incendio periit, casu quodam exscribendum reliquissem, totum est amissum, collegi tamen vt potui melius hæc pauca exempla, ne totum omnino periisse videretur, sane', quod ad verbum attinet, dicimus accõmodare aliquid alicui, & ad aliquid, & in aliquid, & de aliqua re aliq. vt in exemplis. AD CAPVT. in or. lib. 132. Africano illi maiori

li maiori coronam sibi ad caput accommodanti. ITA ORATIONEM. in ora. lib. 95.. q̃ ad vos, qui possetis, exacuendos accommodaui orationem meam. SVMPTVS ad mercedem. att. 197. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen (si tibi non iniquum videbitur) vt sumptus huius peregrinationis (quibus si Romæ esset, domumq; conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat) accommodet ad mercedem argileti, & auentini. i. non plus impendat hac peregrinatione, quã capiat ex argileti, & auentini locatione. IN PARTES. aliquid ad Her. 30. quod in plures causas potest accõmodari. DE ALiqua re. aliq. in fa. 203. vt ei de habitatione accõmodes.

ACCRESCERE. aliquid simul cũ aliquo. Ter. 13. quæ accepta a paruis cũ ætate accreuit simul.

ACCVMBERE. in fa. 142.. accubueram hora nona. Item Pla. 228.. locus hic tuus est, hic accumbe. 2. vo. or. 252. vir accumberet nemo. EPVLIS. 2. vo. ora. 142. qui quotidianis epulis in robore accumbunt. SCORTVM. Pl. 14. quod dii dãt bom, caue culpa amissis tua. dimidium auri datur, accipias, potesq;, & scortum accumbas. satis rara est dicendi forma.

ACCVSARE. est vel apud iudices, vel quoquo alio modo aliquem in aliquo peccasse arguere. In constructione vero eam naturam sequitur, quam etiam damno, in cuius expositione omnia planius exequemur. AMBITVS. 3. vo. or. 40. vt si se isto infinito ambitu commaculauisset, ambitus alterum accusaret. Item in ora. lib. 134.. 174.. MAIESTATIS. Att. 313. Gabinium accusauit maiestatis. PECVLATVS. ad Heren. 4.. REI CAPITALIS. 1. vo. or. 93. apud C. sacerdotem rei capitalis accusatus. DE NEGLIGENTIA. Att. 4. nõ committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis. DE ALIQVO. Att. 2.. hoc eo ad te scripsi, q̃ tu me accusare de te solebat. DE VENEFITIIS. 1. vo. or. 33.. sexcenti sunt, qui inter sicarios, & de veneficiis accusabantur. IN RE. 2. vo. or. 179. atq; in ea re p Luciũ Cęciliũ Scylla accusatur. PER ALIQVEM. 2. vo. ora. 179. vide in re.

ACERE VINVM. de re ru. 19. quod neq; aceat, neq; maceat.

ACESCERE CIBVM alicui. Cel. 10. cui vero cibus acescit. Ita IN STOMACHO aliqd. Cel. 26. aliæ refrigerãt, aliæ facile i stomacho acescũt.

ACQVIESCERE In re. & aliqua re aliquem, vt in OCVLIS, ORE, VVLTV alicuius. 3. vo. or. 144.. in tuis oculis, in tuo ore, vultuq; acquiesco. IN LIBRIS. 2. vo. ph. 109. qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. IN NOMINE alicuius. 1. vo. ph. 91. sed quia facillime in nomine tuo acquiesco. ALIQVA RE. 3. vo. or. 121.. qui maxime P. Clodii morte acquierũt.

ACQVIRERE aliquid, vt GRATIAS. Att. 2.. & quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. MORAM ad agendum. 1. vo. or. 286. moram ad condemnandum acquisiuisse. de off. Ci. 33.. qui semper aliquid acquirunt, quod spectet ad bene beateq; viuendum. quem locum Erasmus exponens inquit, acquirere non est simpliciter aliquid naucisci, sed est potius ad ea adiungere, quæ iam parta sunt. vt ad poscere. vide verbũ.

ACTITARE Causas. in or. lib. 187. etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatus causas actitauit.

ACVERE. Longe verbi illustrior est vsus in trãsferendo, quam in propria significatione, quæ est, ferrũ, gladiũ, cultrum, & cætera id genus, acuere, qua re nos trãslata tantũ psequamur. PECTVS alicui. Pl. 38.. quid opus est verbis? ita mihi pectus peracuit. AD DICENDVM aliquem. in or. lib. 210. si quis ad dicẽdum acuat, aut adiuuet in eo iuuentutem, vituperatur. AD CRVDELITATEM. 3. vo. or. 138.. eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio. SOLICITVDINES Aliquid. in fa. 158. solicitudinesq; meas quotidie magis tua merita exacuunt. ALIQVEM Aliquid. de off. 52.. itaq; duę res, quæ langorem afferunt cæteris, illum acuebant, ocium & solitudo. ÆTATEM Hominem. Ter. 93.. at enim metuas, ne ab re sint tamen omissiores paulo, o' noster Demea ad omnia alia ętate sapimus rectius, solum vnum hoc vitium affert senectus hominib. attentiores sumus ad rem omnes, q̃ sat est, quod illos sat ætas acuet. INGENIVM. in or. lib. 176. non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest. LINGVAM. in ora. lib. 196.. qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi. PRVDENTIAM Intelligendi. in ora. lib. 92.. & q̃ cõsuetudo, exercitatioq; & intelligendi prudentiã acueret, & loquẽdi celeritatem icitaret. INDVSTRIAM. ad Herẽ. 24. Immo erigit oium cupiditates, & acuit idustriã.

ADAMARE Aliquid. Lau. val. dicit amare generalis esse significati, adamare amatorie, qđ tñ non ita semp est, sed proprie adamare Ci. pro placere, & concupere posuisse videtur. 1. vo. or. 126. cum signa quædam pulcherrima, atq; antiquissima thermis in publico posita vidisset, adamauit. Item in or. lib. 149.. & si illam pręclaram & eximiam speciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamasti. in Fa. 19.. quorum laudum gloriam adamaris.

ADBIBERE. Ter.55.is mihi vbi adbibit plus pau
lo,ſua quę narrat facinora?

ADDERE. Acceſſionem habet vbiq; verbi ſigni
ficatio, conſtructionem vero hoc modo va-
riat. aliqd alicui, & ad aliqd,& in aliqd,adde-
re vt dicamus. ANIMVM alicui. Att.100..ſed
hęc opinor ſunt in his libris,quos tu laudãdo
animos mihi addidiſti.Itẽ Pl.4..ALACRITA
TEM. Att.252..addis mihi ſcribendi alacritatẽ
.i.auges. ANNVM. Att.290. vnus annus adi-
tus labori tuo.i.adiunctus. DIECVLAM. Ter.
17.non ſat habes, quod tibi dieculam addo.
MVLTVM reip.Sall.44.quorum maiores pu
nico atq; aliis bellis multum reip. addiderant
.i.multum remp.auxerãt. VIRTVTEM. Sall.
23..compertum habeo milites verba virtutem
non addere. MANVM alicui.Pl.228.quomo-
do me hodie verſauiſti? vt me in tricas con-
iecisti,quomodo de perſa manus addita eſt?
Item.204..eo pacto auaræ veneri pulchræ ad-
didi manum.eſt autem genus irriſionis,ſed vi
de adire manũ. AD REM aliqd.Att.38.ad il
lam celeritatem adde etiam ſi quid potes. AD
MEMORIAM rei alic. in fa.8. curaſti enim,
vt plus additum ad memoriam nominis no-
ſtri, q̃ ademptum de fortuna videretur.
IN REM aliquid. Att.8. in illam oratio-
nem Metellinam addidi quædam. IN FA-
SCICVLVM literas. Att.203.eas in eundem fa
ſciculum velim addas, niſi iam forte dediſti.
IN SENTENTIAM. Sall.18..ſed per deos im-
mortales quamobrem in ſententiam non ad
didiſti,vti prius verberibus in eos animaduer
teretur? DE SVO. in fa.47. ſed aliquid atq;
adeo multum addunt,& afferunt de ſuo.

ADDICERE. Verbum eſt ad auctionem maxi-
me accommodatum. nam cum alteri licita-
torum venalem rem magiſter adiudicare vel-
let,hoc verbo vti ſolebat.ſed & huius recte ad
alia quoq; transferendi mos fuit. I.vo.or.287.
licetur Ebutius, deterrentur emptores multi,
partim gratia cæſeniæ, partim etiam precio,
fundus addicitur ebutio. SANGVINEM alicu
ius.3.vo.or.97.eius ipſius domum euertiſti, cu
ius ſanguinem addixeras.i.quaſi ſub haſta cu
ius ſanguinem vendideras. SENTENTIAM.
3.vo.or.170..cum te neq; principes ciuitatis ro
gando,neq; maiores natu monendo,neq; fre-
quens ſenatus agendo devendita,atq; addicta
ſententia mouere potuit. FIDEM PRECIO.
I.vo.or.124.. etenim ſi illud eſt tam flagitio-
ſum (quod mihi omnium rerum turpiſſimũ,
maximeq; nefarium videtur)ob rem iudican-
dam pecuniam accipere, precio habere addi-
ctam fidem,& religionem. FORTVNAS ali-
cuius.2.vo.or.207..cum hoc coire auſus es,vt
reip. ſtatum,vt ſenatus authoritatem, vt ciuis
optime meriti fortunas prouinciarum fœde-
re addiceres? ita BONA alic.Cæ.150.qui ver-
ba,atq; orationem aduerſus remp.habuiſſent,
eorum bona in publicum addicebat. MOR-
TI aliquem. de off.61. vt cum eorum alteri.
Dionyſius tyrannus diem necis deſtinauiſſet,
& is qui mori addictus eſſet. SVPPLICIO. 2.
vol.ora.195.. non tamen ſententiis prius iudi-
cum conuinceretur, q̃ ſupplicio addiceretur.
vt morti ſupra. VASTITATI. Att.144.quan-
quam mihi iſta omnia addicta vaſtitati viden
tur. SE CVPIDITATIBVS. in ora.lib.
19.quę corpus ſuum addixerit turpiſſimę cu-
piditati.ita intemperantię. in ora. lib.32.. PE-
TVLANTIÆ,.I.vol.ora.17.. an deformata
atq; ornamentis omnibus ſpoliata, nuda cupi
ditati, petulantiæq; addicatur. SERVITVTI
aliq. Cę.100. aut imbecillitate animi omnem
Galliam proſternere,ac perpetuæ ſeruituti ad-
dicere. IN PVBLICVM aliq.vide bona alic.

ADDVCERE. Etſi ob ad particulã,ex qua cõpo
ſitũ eſt verbũ,magis ad locũ ſignificare videt̃
de loco tamẽ eo interdum boni etiã vſi ſunt.
vt in exẽplis habebit̃. AD MISERICORdiã
aliq. Ter.73. ſi non eſt verũ, ad miſericordiã
ambos adduces cito. AD ARBITRIVM ſuũ
aliq.in fa.75.neq; ita feci,vt te ad meum arbi-
trium adducerẽ.Ita AD INDIGNATIONEM
animum. ad Her.29. ad quam volemus indi-
gnationem animum auditoris adducemus.
Ita AD IRACVNDIAM. ad Her.20.. audi-
torem ad iracundiam adducit. AD INTER-
REGNVM comitia. Att. 327.. ad interre-
gnum comitia adducta.hoc rudioribus addi-
tum eſſe volumus, interregnum fuiſſe illud
tempus,quo imperium legitimo rege vaca-
bat, interrex enim per illud tempus impe-
rium adminiſtrabat,quod etiam ſeruatum eſt
inter cõſulatus,cum ſcilicet ſuperiores Coss.
conſulatu abiiſſent,neq; etiã dum noui Coss.
facti eſſent.vt ſit,fient Coss.in interregno, nõ
autem ſuo tempore. AD VERITATEM
aliquid. in ora. lib. 170.. calamidis dura illa
quidem, ſed tamen molliora quàm canachi,
nondum Myronis ſatis ad veritatem addu-
cta. ideſt quæ nondum ſatis hominem natu-
ralẽ referebãt.agit.n.de ſignis. AD TEMPVS
aliqd. in or.lib. 172. EX ALIQVO loco ali-
quid.Cę.79.quod ex Italia adduxerat. IN AN
GVSTVM. de off.99..ita contracta res eſt, &
adducta in anguſtum. IN COGNITIONEM.
2.vo.or.207.non te illius vnguentorum odor,
non vini anhelitus,non frons calamiſtri. no-

tata vestigiis in eam cognitionem adduce-bat. IN DVBITATIONEM. in fami. 33. q itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. IN DISCRIMEN. att. 75. ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum ostentationes meas nunc indiscrimen esse adductas. itē. 2. vo. or. 137. IN HONOREM aliquid. in fa. 107.. nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere fungos heluellas. IN INVIDIAM. 2. vo. or. 39. in summā enim. L. Quintius inuidiā cōtionibus eum quotidianis adduxerat. de off. 65. 67. in fami. 3.. 1. vo. or. 179. IN IVS aliq. 1. vo. or. 5.. illud etiā restiterat, quod hesterno die fecerunt, vt te in ius adducerent, vt nobis, &c. nūc est de iudice, nō autē de reo, alloquitur enim Aquiliū iudicē, nam de litigatore fortasse magis est in iudiciū adduci, q̄ in ius, etsi sit ire in ius de litigatore, suo loco. IN IVDICium. 1. vo. or. 107.. petita multa est apud istum prætorē a. Q. opimio qui adductus in iudicium verbo. IN LOCVM. Att. 273. in eum autem locum rem adductam intel ligit. IN OBLIVIONEM. 1. vo. or. 75.. cum accusatio nostra in obliuionē diuturnitatis adducta sit. IN OPINIONEM aliquid. in fa. 2.. omniūq; Pompei familiarium studiū in eam opinionem rem adduxerunt. item. 2. volu. ph. 218.. i. adducere homines, vt id oppinētur. IN ORDINEM. 2. vo. ph. 196.. idq; ex inordinato in ordinem adduxit. IN SENTENTIAM suā aliq. in fa. 18. vt aut te in meam sententiā adducā &c. IN SERMONEM aliq. 1. vo. or. 179. adductus erat in sermonē, inuidiam, vituperationem. nūc est de eo esse sermonē nō bonū. IN SPEM aliq. att. 90. in eā spem adducimur. IN SVSPITIONē aliq. passiue. att. 38. pollicitus est sese curaturū, vt in aliquam suspitionē facinoris Curio filius adduceret. IN VOLVNTATEM aliquā aliq. att. 18.. Pompeiū adduxi in eā voluntatē, vt in se &c. IN VITVPERATIONEM aliq. vide in sermonem. Aliquādo est pro abducere, seu in contrariam partem ducere, vt BALISTÆ adducunt. 1. vo. ph. 187. vt. n. balistæ lapidum, & reliqua tormēta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt cōtenta, atq; adducta vehementius &c. ita RAMVM. 2. vo. ph. 105.. cum autē ille respondisset in agro ambulanti ramulum adductum, vt te missus est, in oculum recidisse. TERTIVM annum. Att. 290. feci non sapienter, præsertim cum id commiserim, vt ille alter annus etiam tertium adduceret. nūc est adiungere, trahere. CVM verbo vero POSSVM. & cætetis eiusdē significationis, & hac particula, vt, cum frequens, tum etiam perornate vsurpatur. in fa. 23. nō eni adduci possum, vt abs te &c. ET RE aliqua. 1. vol. or. 55.. adductus sum iud. officio, fide, misericordia multorū bonorū exemplo, veteri consuetudine, instituto q; maiorū, vt onus hoc laboris &c. MERCEDE. in or. li. 101.. AMICITIA. att. 9.. ODIO. att. 16.. SPE. att. 16.. METV. 1. vo. or. 280. ita tu in multis huiusmodi facere a te poteris.

ADEDERE ALIquid. 1. vol. or. 7. quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset. i. con sumpta pecunia.

ADÆQVARE aliquid. att. 311.. senatorum vrna copiose absoluit, equitum adæquauit. arbitror equitum sententias pares fuisse inter absolutionem & damnationem. item Cæ. 28. vt prope summam muri, aggeris q; aceruī armorum adæquarent.

ADESSE. & præsentiam, & fauorem verbum significat. ALICVI. in fa. 91. ego tamē tuis reb. sic adero, vt difficillimis. CONTRA aliq. att. 1.. rogauit me Cæcilius, vt adessem contra satium. IN PARIENDO. Ter. 18. diis pol habeo gratias cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ. Ita SCRIBENDO. in ora. lib. 143. & eundem, id quod in authoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. item att. 99. Cato autem & scribendo affuit. vbi non modo hominis præsentiam, sed fauorē etiā significat. IN CASV aliq. in fa. 51. ego vero serui vellem (vt scribis) i meo grauissimo casu affuisses. Ita IN RE decernenda. Att. 15. PRÆSENTEM. 2. vol. ora. 21. adest præsens vir singulari virtute. PROPE. Ter. 4. prope adest cum alieno more viuendū est mihi Pl. 36. MOX. Ter. 50. BIDVO. Att. 23. AD diē. ad Cal. att. 230.. ad quas adero. AD IVDICIVM. 1. volu. ora. 76.. neq; ad iudicium affuturum. VSVM. Cæ. 185. his erat rebus effectum, vt equites mille aptioribus etiam locis septem millium pompeianorū impetum, cū adesset vsus, sustinere auderent. i. opus esse. ÆQVO ANIMO. Ter. 1.. adeste æquo animo. i. auxilium præbete. Item animo aliquem. de off. 127. ades inquit animo, & omitte timorē, quid sit, ipse se declarauit, dicēs o mitte timorem. item. 2. vol. or. 102. 1. vol. or. 290.. AD IMPERANDVM, & ad parendum. in fa. 142. sed iocabimur alias coram, & vt spero breui, nūc ades ad imperandum, vel parendum potius. AD EXERCITum. Pl. 7.. sed vbi sumus imperator nō adest ad exercitū. VIM ALICVI. 3. vol. ora. 127. ergo aderat vis (vt ait Poeta ille nr.) quæ summas frangit infirmatq; opes. i. vim facere. PRÆSTO adesse. DO. ait magis esse poeticum, præsto vero esse, oratorium.

ADHIBERE. q̄ & hoc verbū cum constructi one

dium ad aliquid.in or.lib.178.non enim faci-
le quem dixerim plus studii, quam illum &
ad dicendum & ad omnes rerum bonarum
disciplinas adhibuisse.TESTEM deum.de off.
60..meminerit se deum adhibere testẽ. TOR
MENTVM. de off.60. sed tanquam tormen-
ta quædam adhibemus. VANITATEM rei.
de off.63.qui orationis vanitatẽ adhibuerunt.
VIRTVTEM.vide grauitatem. VSVM. in or.
lib.122.studio adhibito & vsu. VOCEM. vide
memoriam. VIM alicui.1.vol.or.8.adhiben-
da vis est veritati.Item.293.his vis adhibita nõ
videbitur. est autẽ nunc vim afferre. VIRES.
vide memoriam, & est modo addere.

ADHINNIRE. Equorum est proprium, & dici-
mus ad aliquid adhinnire. 3.vol.or.94.. itaq;
admissarius iste simul atq; audiuit a' philoso-
pho voluptatem tantopere laudari, nihil ex-
piscatus est, sic suos sensus voluptarios omnis
incitauit, sic ad illius hanc orationem adhin-
niit, vt, &c.

ADHORTARI Aliquem ad aliquid.Cæ.97. ad-
hortatus ad laborem milites, Alexiam circũ-
uallare instituit.Item de off.8.

ADIGERE Aliquo aliquẽ, siue ad aliq.Ter.29.aut
mox noctu te adigent horsum insomnia. AD
INSANIAM aliq.Ter.78. proh Iuppiter tu ho
mo adiges me ad insaniam.etsi legitur redi-
ges in palatino codice. AD IVSIVRANdum
aliq.Cę.241.ad idem iusiurandum adegit afra
nium.Asc.idem dixit per ablatiuum.26..vt cu
rionem accusatorem suum accusaret, & id fa-
cturum esse iureiurãdo adegit. ARBITRVM
aliquem, vt sit agere ad arbitrum aliq. vt adire
Cęsarem.de off.65.arbitrum illum adegit.

ADIICERE Aliquid alicui, & ad aliquid, & ali-
quo. vt ANIMVM rei alicui.Pl.157.quasi mili-
ti animum adieceris.OCVLOS alicui rei.1.vo.
or.116.partim plane' videbant adiectũ esse ocu
lum hęreditati. LATVS rei alicui.Cę.203..vnũ
latus erat adiectum flumini nilo.i.nilum at-
tingebat. ANIMVM ad virginem.Ter.27. sed
ego quantum suspicor, ad virginem animum
adiecit. OCVLOS ad aliquid.2.vo.or.71.cum
ad omnia vestra pauci homines cupiditatis
oculos adiecissent.i.concupissent. Cæ.198. ad
has minores, apertasq; complures adiecerunt
.i.adiunxerunt, de nauibus enim loquitur. Ita
de off.23..ad eam laudem doctrinę & ingenii
gloriam adiecit. Ita ALIQVID noui.2.vo.ph.
205.non vt aliquid ex iis noui adiicerem. ALI
QVO. 2.vo.ph.177.quo ne imprudentiam qui
dem oculorum adiici fas fuit.i.quo ne impru
denter quidem fas fuit oculos coniicere.

ADIMERE Aliqd alicui, & de re aliqua.CAVSA
.Ter.19..vbi ea causa, quãobrẽ hæc faciunt, erit
adempta his, desinent. CONSVETVDINEM
alicui. Ter.125.. dum expecto, q̃ mox veniat
qui adimat hanc mihi consuetudinem. CI-
VITATEM.1.vol.ora.303.. & si semel ciuitas
adimi potest. CVRAS ali.Ter.120.quot com
modas res attuli? quod autem ademi curas.
RECVSATIONEM. in ora.lib.142. tum ille,
adimere inquit omnem recusationem Crasso
volui. ÆGRITVDINEM ali. Ter.60.aut illud
falsum est, quod vulgo audio dici, diẽ adime-
re ægritudinem hominibus.FACVLTATEM.
Att.41.nisi mihi dolor meus, tum omnes par-
tes mentis, tũ maxime huius generis facultatẽ
ademisset.MENTEM.vide facultatẽ.METVM
Ter.8..vt metum, in quo nunc est, adimam.PO
TESTATEM, vt facultatem.1.vo.or.58.cur his
non modo persequendi iuris sui, sed etiam
deplorandæ calamitatis adimis potestatem?
SPEM. Ter.7..ita postquam adempta spes est.
SOMNVM. Att.31.quid queris? primum ita
me pupugit, vt somnum mihi ademerit. DE
RE aliqua.in fa.8.curasti enim vt plus additũ
ad memoriam nominis nostri, quam adem-
ptum de fortuna videretur.

ADIPISCI Aliquid.vt magistratum. de off.15.
abiecta omni conctatione adipiscendi magi-
stratus sunt. & passiue est positum. ORDI-
NEM, senatorium.2.vol.or.155. nam princeps
legationis lysanias adeptus est ordinem se-
natorium.

ADIRE Aliquem, & ad aliquem. ALIQVEM.
Ter.128.sed quid cessas hominem adire? HÆ-
REDITATEM aliq.1.vol.ora.102. si hoc tum
fuisset edictum, fortasse ligurem hęreditatem
aditurum non fuisse. Item.3.vol.or.168.. cum
ipse patris hęreditatem non adisses.de off.70..
est hæreditario iure eius bona, de quo agit, ca
pere. PERICVLVM. 3.vol.ora.67.neq; tantũ
periculum adire mihi visus sum. PERICV-
LVM capitis.Ter.16. 3.vo.or.36. 115. PERI-
CVLVM mortis.2.vo.or.21. A. Cluentius nul
lum periculum mortis adiit. MANVM ali-
cui.Pl.204.eo pacto auare veneri pulchre adii
manum. Quem tamen locum interpres (vt di-
cebamus) addere nõ autẽ adire & legit & ex-
ponit. Paulo tamen infra item est. Cum sci-
bunt veneri vt adierit leno manum. Item.37..
cum illis impuris omnibus adii manum, idest
omnes frustra habui, vtranq; lectionem appo-
sui, vt vtram lector magis probarit, eam vsur-
pet. Ego tamen magis adire, quam addere ma
num, legendum putarem. AD PACTIONEM
cum aliquo.Pl.35.nunc hic eam rem vult, scio
mecum adire ad pactionem. AD CAVSAS.
in or.lib.194.tum primum nos ad causas pri-
uatas, & publicas adire cœpimus.

ADIVDICARE. Est per sententiã aliquid alicui tradere,cuius ẽ regione cõttariũ est abiudicare.de off.7..in medio relictũ quod erat.P. RO. adiudicauit. Itẽ.55..nemo enim dubitat,quin domus nobis esset adiudicata. SALVTEM alicui.Att.18..vt in senatu nõ semel,sed sępe,multisq; verbis suis mihi salutẽ imperii,atq; orbis terrarũ adiudicarit.i.vt a me salutem imperii RO.esse fateretur. IN SERVItutẽ aliquẽ.1.vo. or.63..ipsam Veneri in seruitutẽ adiudicauit.

ADIVNGERE. Vt in sensu verbũ se variet,exempla docebunt. cõstructio vero est aliquid alicui, & ad aliquid adiungere. COMITEM. Att.144..quare eius fugę comitẽ me adiũgerẽ.Itẽ Att.9.hic dies me valde Crasso adiũxit .i.cõiunxit. ACCESSIONEM rei.de off.28.hãc scaurus demolitus,accessionẽ ædib.adiunxit. .i.domũ laxiorẽ effecit. FIDEM rei.2.vol.ph. 132.authoritatẽ quidẽ nullã debemus,nec fidẽ cõmentitiis reb. adiungere.i.adhibere. AVTHORITATEM rei vi. fidẽ. Ita DILIGENTIÃ alicui.2.vo.or.18..in altera,diligẽtia vestra nobis adiungẽda est. AVXILIVM sibi. 1.vo.or. 37..propterea q; auxiliũ sibi putant adiũxisse. DECVS. dignitatẽ. in fa.21.mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris.i.addideris. ALIQVID alicui.in fa.75.tu ei M.Mindiũ fratrẽ tuum adiũxisti.Ita SOCIVM.1.vo. ph.91..non eqdẽ recuso,sed te adiungo sociũ. Itẽ.1.vol.or.2.. ANIMVM ad studiũ Ter.2..vt animũ ad aliqđ studiũ adiũgeret.i.appellere, applicare.Ita ALIQVO. Ter.116.aliquãdo tandẽ huc animum vt adiungas tuum.FORTVNAM ali.ad aliquid.2.vo.or.13.fuit enim profecto quibusdã summis viris quędã & ad amplitudinẽ & gloriã,& ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. AD IMPERIVM prouincias. Att.331.ad imperiũ adiũctę prouincię. Ita CILICIAM. 2.vo.or.10..vnde quinquagesimo die totam ad imperii PO.RO. Ciliciam adiũxit.Ita VECTIGALIA. 2.vo.or. 63.hæc eos vectigalia,quę Cn. Pompeius adiũxit. METVM ad gratiã.2.vol.or.58..vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiã.i.vt accedat etiã metus. AD AMICITIAM. 2.vo.ph.108..quos cũq; velis adiungere ad amicitiam. AD NOSTROS sermones aliq.in fa.194..tu sicut mihi pollicitus es,adiũges me q̃primũ ad tuos sermones.i.vnum me facies ex eis,qui in tuis dialogis loquuntur. AD RATIONES ali.se,ego quidẽ,vt debeo,& vt tu mihi præcepisti,& vt me dignitas,& vtilitas cogit,me ad eius rationes adiungo,quẽ tu in meis rationib. tibi esse adiungendũ putasti.nunc est sequi eius cõmoda.Ita AD CAVSAM ali.in fa.12.ad eorũ causam me adiungerem. Ita OPPORTVNITATEM ad aliquid. 2. vol. ora. 13.. nunc cum ad cęteras summas vtilitates,hæc quoq; opportunitas adiũgeretur.ita BENEFICIO aliq. sibi.Ter.77..ille quem beneficio adiungas,ex animo facit. PROPINQVITATE se ad aliq. Pl.35..quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris,tam optimũ est. BENEVOLENTiam.2.vo.or.134.beneuolẽtiã adiũgit lenitate audiendi.i.acquirit.

ADIVRARE. Att.35.Pompeius affirmat non esse periculum,adiurat.

ADIVTARE Aliquid. Teren.124. qui adiutaret funus.i.curaret. ONVS alicui. Ter.109. tu pueris curre Parmeno obuiam,atq; his onera adiuta.DO.ait.locutionem esse antiquam.

ADIVVARE Aliquid aliqua re.in or.lib.126..cũ C.Marius mœrorẽ orõnis meę p̃sens ac sedẽs multũ lachrimis suis adiuuaret.Item Ter.140. pariter nunc opera me adiuua. DELECTVM. Att.111.me Pompeius capuam venire voluit,& adiuuare delectum.i.operam in scribẽdis militibus dare. HÆREDEM. Ter.111.sane Hercle homo voluptati obsequens fuit dum vixit,& qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuãt .i.haud magnam hæreditatẽ relinquunt. DE ALIqua re aliq.in fa.10.nã neq; de monimẽtis meis ab iis adiutus es,a qbus debuisti,neq; de vi nefaria,qua cum fratre erã domo expulsus.

ADMINISTRARE. Aliquid.2.vo.or.4.. non satis esse paratũ ad tantũ bellũ administrandũ. Item in or.lib.102.Ita BELLI adiumẽta.1.vo. or.161.a nobis omnia PO. RO. semper & belli adiumenta, & pacis ornamenta administrata sunt. PROVINTIAM. Att.293..ac mihi quidẽ videtur nõ sane magna varietas esse negocio rũ in administrãda Asia. VINDEMIAS. FOENISICIA. de re rust.31.vindemias & fœnisicia administrant ii. SEMENTEM. de re rust.94.. sed ne sementẽ quidẽ administrare.i.parare.

ADMIRARI Aliquid, & de aliquo. de off.88.. cuius quidem villam ego contemplans(abest enim non longe a me)admirari satis non possum. DE RE. Att.97.ego nisi Bibulus,qui dũ vnus hostis in Syria fuit,pedem porta nõ plus extulit,quã domo sua,admirarer de triũpho, ęquo animo essem.i.auide triũphũ p̃cuperet.

ADMISCERE Aliq.Ter.68..ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas. ALIQ. ALIQVA re. Att.319..trebatium vero meum quod isto admisceas,nihil est.

ADMITTERE Ad aliq.1.vol.or.62.. si te semel ad meas capsas admisero ẽ AD ALIQVEM. Ter.30..tum tu igitur Paulum da mihi operæ, fac vt admittar ad illam.Pl.12.nec quęq interea aliũ admittat prorsus quã me ad se virum. CVLPAM in se.Ter.128.. si est patrue culpã vt antipho

antipho in se admiserit. Itẽ Pl.43. DEDECVS. In fa.40..si quid à me prætermissum fuerit. cõmissum facinus, & admissum dedecus cõfitebor. DELICTVM in se. Ter.91. vt me hoc delictũ admisisse in me id mihi vehemẽtet dolet. EQVVM. Cę.7..cõsidius equo admisso ad eũ accurrit. Item.244. signo felicitatis dato, equo admisso in hostẽ contra principes ire cõtẽdit. EXCVSATIONEM. Asc.55..admittebãtur enĩ excusatiões multę. FLAGITIVM alicuius rei. 2.vo.or.44. statuerũt enim ita maiores nostri; vt si a multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdã animaduerteretur. FRAVDEM. 2.vo.or.96. nã si C. Rabirius fraudẽ capitalẽ admisit. FACINVS in se. Cæ.31. simulq; q̧ quantũ in se facinus admisissent, intelligebãt. Item sall.65. de off.71. IN SE aliqd. 2.vo.or.53. quid vnquã habitus in se admisit? de qua locutione DO. ait bono ornatu additũ esse se, cum & sine eo planũ videri possit, & illud esse quẽ Cic. succũ orationis appellat. IN ALIQVEM. Pl.139. quid tandẽ admisi in te, vt loqui nõ audeã? MALEFICIVM. 2.vo.or.28.. Vbi, qua ratione, per quos, quo tẽpore maleficiũ sit admissum. NOXIAM. Ter.44. vnã hãc noxiã mitte, si aliã vnquã vllã admisero, occidito, pro dimitte. SCELVS. Ter.39..quod ego tantũ scelus admisi miser? SVMPTVM. Ter.97..euge iam lepidus vocor, fratris ædes fient peruiæ, turbã domum adducet, & sumptũ admittet, multa, quid mea? ABSOLVTE. de re Rust.46. tempus optimum ad admittendum. idest vt ineant equas equi.

ADMONERE Aliquem. Att.5..etenim ibi sedẽs hæc ad te scripsi, vt me locus ipse admoneret. ALIQVID aliquẽ de aliqua re. in fa.102. sed vt ego quoq; te aliqd de vestris cautionibus admoneã. Item.2.vo.or.12.. VERBIS alicuius aliquẽ. i fa.128. Caninius nr̃ me tuis verbis admonuit, vt scriberẽ. quẽadmodũ salutẽ dicere, atque osculari aliquẽ verbis alicui⁹, vt suis locis.

ADMOVERE Aliquid alicui, vt cruciatus. 1.vol. or.269. quid cũ ignes ardẽtesq; lamine, & cęteri cruciatus admouebãtur. STIMVLOS. 3.vo. or.5. quod stimulos admouerit homini. FACES. in or.lib.143. quasi quasdã verborũ faces admouisset. Itẽ de off.40.. AVREM. Ter.142.. accessi, astiti, aurẽ admoui. Item in or.lib.122.. SESE propius. de off.102. applicant sese, & propius admouẽt. MANVS alicui. 2.vo.or.63. admoueret manus vectigalibus. PO. RO. ALIQVID ad aliq. in or.li.90. num admoueri possit oratio ad sensus animorũ: ita ad motus animorũ. in or.li.139..maxima pars orationis admouenda est ad animorũ motus. i. vt propius accedat, penitus vt eorum animis adhæreat.

ADMVRMVRARE. Est cum multi non voce planè plana id, de quo agitur, improbare videntur. Att.7..primum igitur scito, me non esse rogatum sententiam, propositumq; esse nobis pacificatorem allobrogũ, idq; admurmurante senatu. Item in or.lib.135. cicero inquit iniquus est, cum esset admurmuratum, ah inquit patres conscripti. Item.2.vol.or.11.

ADOLESCERE. Est omnino crescere, sed maxime ad ætatem pertinet, etsi ad quędã similia transfertur. ÆTATEM. 1.vo.or.242. ac mulieres adulta ętate. ET AD ÆTATEM. Pl.69. postquã hæc adoleuit ad eam ætatem, vt viris placere posset. VIM TERRÆ in frugib⁹ suis adolescere dixit Cic. de off.87..quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. VRBEM. in ora.lib.167. qui nõ nascentibus athenis, sed iam adultis fuerit. REM ali. Sal.34. sed res persa: breui adoleuit. PESTEM. 2.vo.or.103..extinguet, atq; delebit nõ mõ hęc tã adulta Reip. pestis.

ADOPTARE, & defensores, & qui in filii locum accipiuntur, recte adoptari dicuntur, & dicimus adoptare aliquem, & in aliquid. Ter.77. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi. itẽ 2.vo.ora.220.. ET FILIVM. Pl.130. adoptat illum puerũ subreptitium sibi filiũ. IN DIVITIAS. Pl.110.. is in diuitias homo adoptauit hunc cum diem obiit suum. SEIPSVM aliq. in or.lib.187. & C. Staienus, qui seipse adoptauerat, & de staieno Ælium fecerat. DEFENSOREM. 1.vo.or.63. quem sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit. Item in fa.65..ego autem quem potius adoptem, aut inuocẽ, q̃ illum, quo defendente vincere didici?

ADORIRI. De hoc verbo hæc DO. adoriri dicitur, qui ex insidiis repente inuadit, dictũ ab eo, q̧ corpora aggrediẽtium exurgãt subito, atq; increscãt. & adorimur ex insidiis, & ex proximo, aggredimur vero de lõginquo. vt Ter.11. hiccine me si imparatũ in veris nuptiis adort⁹ eẽt. itẽ Ter.86. adortus fr̃em iurgio apud forũ.

ADORNARE Aliquid, vt ACCVSATIONẼ. 2.vo. or.135. vt idẽ accusationẽ, & petitionẽ consulatus diligẽter adornet, atq; instruat. FVGAM. Ter.39. ita iam adornabat fugã. sic enim in palatino legitur, & DO. ita exponit, vbi dicit figuram esse, quæ est etiam supra, adornant vt lauent. NVPTIAS. Pl.34..his legibus cũ tu dare vis cedo', nuptias adorna. PETITIONẼ. vide accusationẽ. TESTES. 2.vo.or.21. ois testiũ copia, quæ futura est, a' matre initio est adornata. VIATICVM alicui. Pl.96..quin tu mihi adornas ad fugam viaticum, priusq̃ pereo. VT LAVENT. Ter.37..continuo hæc adornant vt lauet. vbiq; verbum est pro parare.

ADPOSCERE, Est ad datum etiã quid aliud po
scere. Ter.169.. minas quidem iam decem ha-
bet a' me filia, quas pro alimẽtis esse nunc du
co datas, hasce pro ornamentis consequentur
alterę, porro' hęc talenta dotis adposcẽt duo.

ADPROMITTERE, est quod alius promiserit,
alius item si promittat. 1. vo. or. 22.. cum id ita
futurũ. T. Roscius capito, q in. x. legatis erat,
adpromitteret, crediderunt. prius enim illud
ipsum promissum erat a' Grisogono.

ADREPERE Ad aliqd, vt ad amicitiam ali. 1. vo.
ph. 183.. quib. reb. nõ sensim atq; moderate ad
istius amicitiá adrepserat. de re Rust. ne mus,
aut lacerta adrepere ad columbaria possit.

ADVENIRE. Aliquem optato. Ter. 13. optato
aduenis. PER TEMPVS. Ter. 18.. o chreme per
tp̃s aduenis. AD TEMPVS. Ter. 20. ego cómo
diorem hominem aduentum ad tempus non
vidi. IN TEMPORE ipso. Ter. 23.. in tempo-
re ipso mihi aduenis. ALICVNDE aliq. Pl.
211. nunc introibo, dum herus adueniat a' fo-
ro, opperiar domi. AD ALIQVEM aliq. Pl.
210. ⁀. 211. Dii imortales p me quãta aduenieت
calamitas hodie adhunc lenoné. MORBVM.
2. vo. ph. 137.. nam medici ex quibusdá reb. &
aduenientes, & crescẽtes morbos intelligunt.

ADVENTARE. Aduenire aliquid adesse signi-
ficat, aduentare vero, quod mox affuturũ sit.
ALIQ. att. 77. Appius noster cum me aduen-
tare videret, profectus est tharsum vsq; laodi-
cea. Item. 2.. DIEM. Sall. 42. sed postq̃ dilapso
tempore comiciorum dies aduentabat. Ita
SENECTVTEM. de off. 77. ita tempus. Cę. 101.
& aliq. AD ALIquid. in fa. 20. nondum erat
auditum te ad Italiam aduentare.

ADVERTERE. Cum considerationé habet ver
bum, non plane' est plenum, nisi animum ad-
dideris. Vt Ter. 1. nunc quam rem vitio dent,
animum aduertite. item Pl. 182.. hoc agite, huc
animum aduertite. Ité Sall. 81. Modo aliquid
ANIMO. Pl. 182. nunc adeo hanc edictionem
animo omnes aduertite. Item Asc. 54. ALI-
QVID ad se. ex Asc. 76. dubitamus quid iste
in hostium prædá molitus sit. s. cum pyratarũ
naué cœpit, & prædam omné ad se aduertit.
nunc est in rem suam conuertere. FLVMEN.
2. vo. ph. 57. nos flumina arcemus, dirigimus,
aduertimus. i. vt se etiá aduersum recurrát fa-
cimus. SESE aliquo. Ter. 32. illa sese interea
cômodũ huc aduerterat in hác nostrá plateá.

ADVIGILARE. Est operá dare, diligenter atten
dere. Ter. 16. nam satis credo, si aduigilaueris,
ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

ADVMBRARE Pictorum propria est adumbra-
tio qui prius vmbra & liniamentis quibusdá
quicquid in animo ad pingendũ cõceperint,
effigiare solẽt, a' quib. postea ad multa alia re-
cte trãsfertur. vt IMAGINEM gloriæ. 2. vo. ph.
190.. cõiectaturq; nullá eminẽté effigié virtu-
tis, sed adumbratá imaginé glorię. Ita DEOS.
1. vo. ph. 16. In or. lib. 144. id ipsum sumus in
eorum sermone adumbrare conati. Item. 126.

ADVOCARE. Cũ in causis patroni sint, qui cau-
sam ipsam agunt, cõplures etiam alios addu-
cere consueuerũt veteres, qui tantũ præsentia
sibi adessent, hi vero, quia aduocabantur, ad-
uocati sunt appellati. 1. vo. or. 13. quod si tũ pat
tibi ius cũ alpheno fuisse nõ putas, qa tũ ali-
qué ɔtra te aduocare poterat. tũ alia ẽt aduo-
cant. vt ANImũ ad se. 1. vo. ph. 164. qd inq̃ agi
mus? nisi animũ ad seipsum aduocamus? secũ
esse cogim⁹? est animũ liberare oi corpis ser-
uitute. SENATVM. Sall. 60 senatum aduocat.

ADVOLARE. Att. 33. sed ita te para, vt, si inclama
ro, aduoles. Item. 37. ALIQVO. Att. 10. aduola
informianum. ROSTRA. Att. 9. hic tibi Cato
rostra aduolat. vt sit volare ad rostra; vt in
multis.

ADVLARI Aliqué. 2. vo. ph. 109.. neq; ita porro
aut adulatus, aut admiratus fortuná sum alte
rius, vt me meæ peniteret. de off. 18. ne assenta
toribus patefaciamus aures, nec adulari nos si
namus, in quo falli facile est. vbi Erasmus sibi
passiue dictum videri notauit, etsi recte in suo
genere accipi potest.

ADVLTERARE. Cum est cũ aliena muliere virũ
coire, absolute profertur. non. n. dicimus adul
terare mulieré. M. Cato. apud Gel. 146.. illa te
(si adulterasses) digito ne auderet cõtingere.
IVDICIũ. de off. 113. tollit. n. iudiciũ veri, idq;
adulterat. TABVLAS. 1. vol. or. 47. adulterasse
sese negat, expẽ su; tulisse nõ dicit, cũ tabulas
nõ recitat. possũ itelligere tabulas, vel qd tale.

ÆDIFICARE. Sua ipsius cõpositione quid signi
ficet verbũ declarat sed ab ędib. ad quędá alia
puenuste transfert. DOMVM. Att. 309.. domus
vtriusq; nostrũ ædificatur strenuæ. VILLAM.
2. vo. ph. 163.. hác vides villá, vt nũc quidé est,
lautius ædificatá patris nostri studio. HOR-
TOS. Att. 150. cui Cn. noster locũ vberé, vt hor
tos ędificaret, dedit. PRÆDIA. att. 251. quodq;
tpis in nostris prædiolis & belle ædificatis.
VICOS. Cæ. 128. portas obstruit, vicos, pla-
teasq; ędificat. PLATEAS. vi. vicos. NAVEM.
Cæ. 31. naues interim lõgas ædificari in flumi
ne ligeri iubet. Ité. 1. vo. or. 111. ita classes. 2. vol.
or. 5. qui posteaq̃ maximas ædificasset classes.
Ité. 1. vo. or. 94. STRAmẽtũ. Cę. 105.. partim cõ
iectis celeriter stramẽtis, quę tẽtoriorũ integẽ
dorũ gratia erát inædificata. REMP. in fa. 127.
siqs adhibere volet nõ modo, vt architectos,
verumetiam vt fabros ad ædificandam remp.
poterimus

poterimus & nos libenter accurrere. MVNDVM. 1.vo.ph.161.. qui in Timæo mundum ędificauit Platonis Deus. MERITVM. Att.89. Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore. HISTORIAM. in or.lib.114. ipsa autem exædificatio posita est in rebus & verbis. agitur enim de historia.

ÆGROTARE Aliq.2.vo.or.53.apud hūc ille Romę habitauit, apud hūc ęgrotauit. ANIMVM ex aliqua re.1.vo.ph.226..ex eo, q magni æstimet, vt ea res, ex qua animus ęgrotat, oriatur. etsi proprie ægrotatio sit corporis, ægritudo animi. Ci. teste.

ÆQVARE Est par aliquid alicui rei facere. vt PERICVLVM. Cæ.8..Cæsar primum suo, deinde omniū è conspectu remotis equis, vt ęquato omnium periculo spem fugę tolleret. Sall. 24..dein remotis omnium equis, quo militib. exęquato periculo animus amplior esset. vt pene iis verbis eandem rem persecuti easdē sint. GRATIAM. Sall.92. sed quoniā coequari gratiam omnium difficile est. & cum aliqua re. 1. vo.or.80. vix cum huius parua parte æquari, conferriq; posse.

ÆSTIMARE. Seruat naturā cæterorū verborū precialiū, vt in ablatiuo precium postulet paucis illis, tanti quāti, pluris, minoris, magni tā tidē exceptis. ALIQ. tribus denariis. vide frumentū. MAGNI aliquid. Att.278. itaq; iudiciū tuū magni æstimans. TANTIDEM. 1.vo.or. 196..& aiebat se tantidē æstimasse. PECVNIA aliquid.1.vo.or.240. deinde hęc expēdite, atq; ęstimate pecunia.i. quāti sint, si ad pecuniā renocentur. Item.240. FRVMENTVM.1.vo.or. 196..eodē tpe Antonius tribus denariis æstimauit post messem. vulgo mettervn precio. at bitror q; eo in loco decumāis preciū illud ęstimatū, qđ pro frumēto dissoluerēt. PRECIŪ.1. vo.or.240. deinde crimē sine accusatore, sententia, sine consilio, dānatio sine defensione, æstimate harū rerū oium precia.i. quāti redēptio fuerit. LITEM. 2.vo.or.41..quibus dānatis de pecuniis repetūdis lites essent æstimate. est autē æstimare litē. in preciū redigere, quāti eēt, de quo lis agebatur, qđ pūti pecunia dissolui solebat. Asc.56..68..Cę.48. iis ad diē adductis, vt imperauerat arbitros inter ciuitates dat, q litē ęstimēt, pœnāq; cōstituāt. NOMINA.1.vo. or.96..illarū rationū ex ea fece legatiōis, quęstorieq; tuę pcurationis illa sunt nomina, quę Dolobelle necessario sint æstimata.

ÆSTVARE Aliqua re aliq. vt INVIDIA. Sall.9. nāq; pleraq; nobilitas inuidia ęstuabat.i. magno odio plebi erat nobilitas. DESYDERIO. in fa.103..nō vt imbecillitate animi tui, sed magis vt desyderio nři te ęstuare putarē. magno-pere est aliqd cōcupere. DVBITAtione.1.vo. or.124. itaq; æstuabat dubitatione, versabat se in vtrāq; partē nō solū mēte, verūetiā corpore .i. maxime hærebat, in deliberādo distorquebatur. Ita.1.vo.or.120. qđ vbi auditū est, ęstuare illi, qui dederāt pecuniam, putare nihil agi posse absente Epicrate.i. maxime solicitabanť. IMBECILitate aliquē animi. vide desyderio.

AFFARI Aliquē re aliqua. in or.lib.166. an mihi potuit inquam esse aut gratior vlla salutatio, aut ad hoc tēpus aptior, q̄ illius libri, quo me hic affatus est. ALIQ. nomine. in or.lib.188. nam scripsit his verbis, cum hūc nomine esset affatus.i. cum hunc nominatim appellasset.

AFFECTARE. Est pronū animū habere ad aliquid faciēdū. Do. ait. HONOREM. Sall.53. quę res Mariū pro honore, quem affectabat, cōtra Metellū vehemēter accēderat. SIMILITVDINEM. ad Her.31. nam hic est in quibusdā verbis quędā similitudo nō tā affectāda, q̄ illę superiores. MVNDICIAM. Att.269..omni diligētia mūdiciā nō affluentē affectabat. ITER. 1.vo.or.41. nūc vero quā viam munitet, quod iret affectet, videris. Ita VIAM. Ter.57. ad dominas qui affectāt viā. Itē.144..hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Item Pl.138.

AFFERRE. Si quod verbū est, a quo latina oratio maxime locupletata sit cū in simplici, tum in cōposito, illud qdē merito ferre haberi pōt, vt statim in hoc, & suo loco in cęteris, quę a ferre cōposita sunt, videre licebit. ALIQVID ad aliquid. Att. 262. ad paternas enim magnas, & veteres, & iustas necessitudines magnā attulit accessionem tua voluntas erga me .i. addidit. ACERBITATEM alic. Att.299. illa causa publicanorū quātam acerbitatem afferat sociis. ADIVMENTVM. de off.1. quā q; dē ad rē nos (vt videmur) magnū attulimus adiumētū. ANIMVM alicui. Att.111. aliquātū animi videtur attulisse labienus. AVTHORITATEM alicui. in or.li.205. cōmemoratio aūt antiqtatis, exēplorūq; platio summa cū delectatiōe & authoritatē orationi affert, & fidē. Itē de off.90.i. adhibet. AVTHORItatē i iudiciū.2.vo.or.138. nolo accusator in iudiciū potē tiā afferat, nō vim maiorē aliquā, nō authoritatē excellentē, nō nimiā grariā.i. ferat. CALAMITATĒ alic.2.vo.or.53..vt ne cui innocēti mœror tuus calamitatē, & falsum crimen afferret. CLADEM alicui.2.vo.ph.27..q risus classe deuicta multas ipsi lachrimas, magnā P.R.O. cladē attulit. CONSILIVM alicui. Att.238. qd enim illi afferre cōsilii possumǝ COMMVTATIONĒ volūtatis. Att.14. qđ afferret qnto fratri meo aut offensionē tā grauē, aut cōmutationē tantam volūtatis. Ita LOCI. in or.lib.174. CON-

STANTIAM alicui. de off. 14.. quæ afferat tum cõstantiã, tum etiã dignitatẽ. CONIECTVrã. 1. vo. or. 48. si quã cõiect
EDERE. Est semp de ipsis rebus,quæ aliquo modo alicunde emittūtur. vt in exēplis. ANNALES. Att. 32.ita rursus remittit,vt me roget, vt annales suos emēdem,& edam. i. vt in vulgus eos dem, diuulgem.VITAM.1.vo. ph.125. nec ad hospitẽ ante diuertisse: q̄ Pythagoræ ipm illum locum,vbi uitam ediderat,sedemq; viderim.CLAMOrem.2.vo.ph.119. clamorēq; maiorem cum admiratione edidisset.i. valide inclamasset. CRVCIAtus.vide exemplū. EXEMPLVM in aliq.Cę.10..& i eos omnia exempla, cruciatusq; edere,si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem eius facta sit.qđ alios.s.admoneat.Ter.48.vterq; in te exempla edēt.i.alii de te exemplum capient.Cę.dixit ut cæteris documento sint.FORAS se. Pl. 123.. non bonus est somnus homini de prandio.apage ex ædibus me clanculum edidi foras. FOETVM. in or.li. 120..quo meliores fœtus posset, & grandiores edere. de ingenio loquitur per translationem ab agro: & est ferre.producere.INDICIVM.2. vo.or.175. tibi meo familiari, & contubernali prius etiam edituri fuerint indiciū scribæ mei si voluisses,q̄ in codicem retulissent.i. idicare. IN LVCEM.1.vo.ph.190.nūc autem simulatq; editi in lucem,& suscepti sumus.est autem nasci. IN VVLGVS. Att.270..ei rei sunt indicio præter eos libros,in quibus de eo facit mētionem,qui in vulgus sunt editi. NOMEN. 2. vo. or.216.sed homo ad cædem imminens meum nomē operariis ediderat.ORACVLVM.2. vo. ph.132..vnde anhelitus ille terræ fieret,quo Pythia mente incitata oracula ederet.Item.1. vo. ph.68. sed quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur:nunc est respondere.PVGNAM.Pl.52. atq; ut perspicio, profecto iam aliquid pugnæ edidit.i.cōmisit. Item Att.10..Dii immortales, quas ego pugnas, & quātas strages edidi.i.vt pugnaui, ut straui aduersarium. RATIONEM. Pl.37.. postq̄ hanc rationem cordi,vētriq; edidi,accessit animus ad meam sentētiam.i.postq̄ illis protuli hanc rōnem.RATIOnes.Att.1012.. sed ego mihi ab illo non rōnes expectabam,quas tibi edidit.i. attulit.RISVM. Att.3.2. memini n. cum hominem portarem ad Baias, Neapoli octophoro anitiano machærophoris centū sequentibus, miros risus nos edere.Ter.34.dixit emori risu. RVINAS.2.vo.ph.163..nam si inuaserit in hęc, quę satis scite nobis instructa, & cōposita vidētur,nimias edet ruinas.dabit nunc,vt pugnas, strages.dolos. SCELVS in aliq.2.vo.or.257.. infinita sunt scelera.quæ ab illo in patriā sunt edita.i.commissa. Ita FACINVS. 3. vo. or. qđ scelus,qđ facinus parricida non edidit. SCRIPTVM.1.vo.or.207..nec scriptum habeo, nec possum edere,quid futurum igitur.i. proferre. Item.1.vo.or.207. SOCIVM sibi.1.vo.or.14.socium tibi in huius bonis edidisti Quintū. Itē. 6..postea sum usus aduersarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium. SPIRItū. 3. vo. or.243..cuius in complexu libenter extremum uitæ spiritum ediderim. TESTES.1.vo.or.81.testibus editis ita mittā in cōsiliū,vt ēt si lex &c. VERBA.1.vo.or.11..iudiciu; quin acciperet in ea ipsa verba,quæ Neuius edebat, nō recusasse.

EDERE. In ea significatione nunc est,qua comedere.PRANDIVM.Pl.137..an tu næ etiam mecum esses prādium?Item.138.properato absente me comesse prandium. ESCAS.Pl.135..ad forum est hoīum in dies, qui singulas escas edūt. DE SYMBOlis.Ter.36.in hunc diem vt de symbolis essemus.de symbolis vero illud conuiuium appellat, in cui⁹ sumptum singuli suam partem conferunt conuiuæ.PECVNIam.1. vo. or.7.quis tam perditus,ac profusus nepos, nō adesa iam,sed abundanti pecunia sic dissolut⁹ fuisset.i.male consumpta. PVGNOS.Pl.5. quisquis homo huc uenerit.pugnos edet.

EDICERE. Inest in verbo iusti quędam imperii vis.DO.ait.edicimus.iubemus. edicta enim imperatoris sunt.COMITIA.Att.307. nam comitia sine mora futura uidentur, edicta sunt ad XI.Cal.Febr.i.in eum diē quasi iussa. Ter. 46..

dico,& dico uobis oibus.interdum est diuulgare simpliciter.Att.17..nã ne absens censeare,curabo edicendum,& proponendũ locis oibus.

EDISCERE. Eã vim habet verbũ,q̃ hẽt memoriæ mãdare.i or.li.97..exercẽda ẽ mẽoria,inediscẽdis adverbũ q̃plurimis ex nr̃is scriptis,& aliẽis.

EDORMIRE.Sõniũ.Pl. .paulisp mane,dũ edormiscat vnũ somniũ.VINVM. Ter.94.. qd ego nũc agã?ni dũ hæ silescũt turbæ,iterea in angulũ aliquo abeã,atq; edormiscã hoc vini.CRAPVLã.3.or.166..edormi crapulã inq̃ , & exhala.

EDVCERE. Modo ẽ extrahere.mõ nutrire.nam qd' nos educare dicimus,ueteres educere dicebant.vt liberos.Ter.55..attñ habet bñ, ac pudice æductã. Itẽ.77. Inde ego hũc maiorem adoptaui mihi,eduxi a' paruulo . GLAdiũ.3.vo.or.107.illi,q erãt cũ Clodio gladiis eductis partim recurrere ad rhedã.i.nudatis,districtis. SE FOras.Ter.109. q̃ me pp exaiatũ citi⁹ eduxi foras. IN IVS aliq.1.vo.or.171..& cũ i ius ip̃m eduxi,exp̃ssi,vt ꝯficere tabulas se negaret. Asc.34.deinde Græci,quos spoliauerat,eduxerũt Antoniũ in ius ad M.Lucullum Prætorem , qui ius inter peregrinos dicebat.

EFFERRE . Proprie ẽ extra ferre.vt vero p trãslationẽ multis aliis significationib⁹ se accõmodet,exẽplis ipsis uidebim⁹. AGRVM cũ decumo.1.vo.or.172.cũ ager,id qd' prato euenit.cũ decumo extulisset,q̃ erat rõ decumanis:idem ẽ cũ efficere cũ octauo.vtrũq; aũt significat,reddere agrũ decuplũ,siue octuplũ.vulgo diece p vno,otto p vno.VXOREM.Pl.91.ar pol ego te credidi vxorẽ,quã extulisti,pudore te exequi.ẽ nũc ad sepulturã ferre.Ita FVNERE aliq.2. vo.or.221.qui ẽt deme ipso,cũ tua rogatione funere elatã rẽp.diceret.Att.238.Cn.Lucullus familiaris noster matrẽ efferebat.ARGEntũ.Ter.63.actũ est, hic pri⁹ se indicarit,q̃ ego argẽtũ effero.i.aufero.& quasi mortuũ argentum innuit. PEDEM porta.att.97.ego,nisi Bibulus,q dũ vnus hostis in Syria fuit,pedẽ porta nõ plus extulit q̃ domo sua &c.i.qui domo nunq̃ exisset. VERBVM.ad Her.27..Barbarismus ẽ,cũ verbũ aliqd' vitiose efferť.i.pferť.DIFFICVLtates. in or.li.238. aut efficiẽdi facultates efferẽdæ.i.pferẽdæ,afferẽdæ.INEPTIAS.i or.li.137.itaq; a' vobis,inqt,ne has meas ieptias efferatis.Ita PECCATũ foras.Ter.144..uides peccatũ tuũ elatum foras.i.diuulgatũ. LAVDIb⁹ aliq.2.vo.ph.188..Põpeiũq; nostrũ cæteris rebus oibus semp amplissimis,summisq; effero laudibus. IN COELũ aliq.Att.233..sepi⁹ me iã agitas,qd' rẽ gestã Dolobellæ nimis in cœlũ videar efferre. Itẽ.1.vo.ph.81..quis eã Epicurus,vt facit,in cœlũ efferat laudib⁹. qbus in locis est sũmis laudib⁹ aliq.psequi. MAGNIFIce.Ter.66..huic equidẽ ꝯsilio palmã do,hic me magnifice effero.i.extollo. LÆTItia aliqd aliq.in fa.23.atq; sic habeto,nullã me epistolã accepisse tuã post comitia ista p̃clara,q̃ me lætitia extulerũt.Ita i fa.151. incredibili gaudio sum elatus.Ita STVDIO rei. Att.5. nam in hoc genere studio efferimur. ANIMũ. de off.13.sed ea animi elatio , quæ cernitur in periculis,& laboribus.

EFFERVERE. Aliq.vt gratulationem.in fa.127.. censeo latendum tantisper ibidẽ,dum efferuescit hæc gratulatio.i.quoad deferbuerit. VIM. FErocitatẽ.ptinaciã.3.vo.or.53..quare sicui nimium efferbuisse videtur huius vel in suscipiẽdis,vel in gerẽdis inimiciriis vis,ferocitas,ptinacia.nũc auget p̃positio.e.vñ factũ ẽ verbũ.

EFFICERE.Proprie rei pfectionẽ significat AGRũ cũ octauo.1.vo.or.172.ager efficit cũ octauo.bñ vt agať. vere,vt oẽs dii adiuuẽt,cũ decimo.vide efferre.ALIQ.Ter.57..vis amaf,vis potiri,vis qd des illi,effici.i.cõparari,ꝯfici.CONtẽptionẽ .1.vo.ph.57..velut ex ea disputatione,quæ mihi nup habita est in Thusculano, magna videbať mortis effecta cõtẽptio.i. mors adducta esse in sũmã cõtẽptionẽ. CÆdẽ aliq.3.vo.or.118..magistratuũ,priuatorũq; cædes effecerat.nũc p facere.EPISTOlã ad ali. Att.213.heri ẽt effici epistolã ad Cæsarẽ.i.plene scripsi ad Cæsarẽ. IN FOEnus.Att.85.eavix in fœnus Põpeii,qd' satis sit,efficiũt.nũc planẽ ẽ eã pecuniã,q̃ ex tributis Põpeio dabať,nõ mõ illi nõ sufficere,sed vix p fœnore eẽ posse. IN VSVrã.Att.85.nec id satis efficiť in vsurã mẽstruã. MANDAtũ. Att.10. tu mãdata eff.ce,q̃ recipisti.1. exeq̃re,pfice. BENEVOlũ aliq.ad Her.2.a' reb⁹ ipsis bñuolũ efficiem⁹ auditorẽ. OFFICiũ.Pl.108.vestrũ curate officiũ,ego efficiã meũ.pro pficiã.Item.281. lepide efficiã mea hera officiũ,inde int⁹,mõ vt tu tuũ itẽ efficias. SCIENtiã.2.vo.ph.80.qua ex natione Caldei,nõ ex auis,sed ex gẽtis vocabulo nominati,diuturna obseruatione syderũ , sciẽtiã putanť effecisse. VOLVPTAtẽ.1.vo.ph.57..istæ enim uestræ eximiæ,pulchræq; virtutes,nisi voluptatem efficerent .i. voluptatem afferrent. SVCCESSIONEM rei ali.1.vo. ph.56.. doloris motio successionem efficit voluptatis.i.in eius locũ vluptatẽ succedere facit . PROCESsus . in or.lib.190.itaq; tantos pcessus efficiebat. CLAMOres. Att.39.clamorẽ efficiam si eũ mecũ habuero otiosum.nõ est alte inclamare , sed aliorum excitare clamorẽ . FREQVENTEM senatũ.in fa.115.Marcellus idem illud de prouinciis urget.sed neq; adhuc frequentẽ senatũ efficere potuit.i.cogere senatũ ad legitimũ numerũ.

EFFLARE. Animam.1.vo.ph.11. nam & agere animam,& efflare dicimus. Item.3.vo. or. 19. quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset,

liquisset. Item. C. Gracchus apud Gell. 133.

EFFLORESCERE Orationem. in or. lib. 86.. etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redundet oportet oratio. idest abundet. VTILITATEM. de off. 115. quę tamen ipsa efflorescit ex amicitia. idest crescit.

EFFLVERE Est elabi, effundi, emanare, ab eo, quod e' vase aliquo effundatur per rimas. vt Ter. plenus rimarũ sum, hac illac perfluo. sed per ornate transfertur. ÆSTATEM. Att. 201.. sed vt ad te heri scripsi, considerabis etiam de Thusculano, ne æstas effluat, quod certe non est committendum. i. elabatur. EX ANIMO aliquid. in fa. 102. sin nostri oblitus es, dabo operam, vt istuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo. MENTEM alicui. in or. lib. 184.. huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentē. ALIQVID quasi memoria. 1. vo. or. 213. vt hoc modo me cōmonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat. i. quod totum mihi exciderat. VITAM. 1. vo. ph. 187.. num tum ingemuisse Epaminundam putas, cum vna' cum sanguine vitam effluere sentiret. idest effundi.

EFFOEDERARE Solum. 1. vol. ora. 205.. in Mamertinorum solo effœderato, atq; pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. idest fœderato. non enim nunc adimit e, auget potius.

EFFOEMINARE. Aerem. 2. vol. ph. 39. effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, q; nihil est eo mollius. ANIMOS. Cæ. 1. minimeq; ad eos sępe mercatores cōmeant, atq; ea, quæ ad effœminandos animos pertinent, important. nunc est molles reddere.

EFFODERE. Est modo aliquid extrahere, modo alrius vulnus adigere. vt AVLAM. Pl. 42. effodio aulam auri plenam. OCVLOS ali. Cę. 78. nam maiore cōmisso delicto, igni atq; oibus tormentis necat, leuiore de causa auribus desectis, aut singulis effossis oculis domum remittit, vt sint reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterreat alios. non ita tamen dentem. non ita linguam dicerem.

EFFVGERE. Et nos effugimus aliquid, & aliquid nos effugit. vt in fugere. AFFINITATEM alic. Teren. 6.. nullon ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? est in, totum effugere. Do. ait. NVPTIAS aliq. Te ren. 8. nuptias effugere ego istas malo, quā'm tu adipiscier. ANIMADVERSIONEM. in or. lib. 226. nec enim effugere possemus animaduersionem, si semper iisdem vteremur. i. quin damnemur. CRIMEN. 2. vol. or. 147.. & is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe cōpendium, in maledicentissima ciuitate, in suspitiosissimo negocio maledictum omne, nō modo crimen effugit. idest vitauit. MALEDICTVM. vide crimen. OFFENSIONEM. in fa. 49. sed tamen quoniam effugi eius offensionem. ALIQVID aliquem. ad Heren. 7. aut eum effugisse alias rationes cômodiores propter cupiditatem. idem cum simplici fugere aliquid aliq.

EFFVNDERE. Vbiq; verbum rei magnam profusionem significat, sed exempla tamen ipsa, q̃ commode fieri poterit, exponemus. ÆRARIVM. 1. vol. ph. 201. at laudat, & sæpe, virtutem. & quidem C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. i. euacuasset, exinanisset. PATRIMONIVM. 3. vo. or. 184. patrimoniumq; suum effudit, q̃q̃ enim non sumus vsi eo verbo, quo decuit, nō enim effudit, sed in salutem reip. collocauit. vt aliquid etiā inanis profusionis habere videat. GRATIAM alic. in fa. 26.. aut tam inconstantem, vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, a' neq; ipse deficerem. COPIAM rei alicuius. in or. lib. 167.. hæc enim ętas effudit hāc copiam. i. edidit. CARCEREM in aliq. 3. vo. ora. 82.. quod in me carcerem effudistis, quod coniuratos armastis. i. emisistis. FVROREM. in fa. 198.. omnēq; suum vinolentum furorem in me effunderet. ODIVM. in fa. 15. sed cum incensum illud odium multarũ eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar. i. nihil reliqui fecisse. HONORES in aliq. Att. 283. eos per ipsos dies effudi (si ita vis) honores in mortuos hircium, & pansam. est largiter aliquem honoribus prosequi. MEMORIAM ali. rei. Asco. 10. ipse quoq; scaurus dixit pro se, ac magnopere iudices mouit, & squalore, & lachrimis, & edilitatis effusa memoria. idest reuocata in memoriam omni edilitatis recordatione. VOCEM. ad Heren. 20. vt nullo genere vocis effuso. SE SVAVISS. in aliq. Att. 60. in nos vero suauiss. Hercule est effusus.

EFFVTIRE Aliquid. est cum mendacio aliquid dicere. vt NO. Mar. Ter. 139. ne vos forte imprudentes foris effutiretis. Item. 2. vo. ph. 18. q̃ bellum erat Vellei confiteri potius nescire, quod nescires, q̃ ista effutiētem nauseare, atq; ipsum tibi displicere. i. quasi ementientem.

EGERE Et re, & rei. colloquio ali. de off. 52.. vt neq; cessaret vnq̃, & interdum colloquio alterius non egeret. REI. Sall. 19.. maiores nostri P. C. neq; consilii, neq; audaciæ vnq̃ eguere. a' quo verbo Plautus. 184. impersonale passiue vocis effecit egetur, vt item a' Caleo caletur. 45. quę tamen fugienda sunt.

EGERERE Aliquid. VOCEM. in or.lib.107. vocem cubantes sensim excitant, eandemq; cum egerunt, sedentes ab acutiss. sono vsq; ad grauiss. sonum recipiunt. E' MARI lapides. Cę. 201. Alexandrini eo loco castellū magnis munitionibus multisq; tormentis cōfirmauerunt, atq; egestis ex mari lapidibus libere sunt vsi postea ad mittenda nauigia.

EGREDI Aliquid, & aliqua re. Sall. 45.. Item in agmine in primis modo, modo in in postremis, sępe in medio esse, ne quisq̃ ordine egrederetur. OFFICIO suo. Teren. 138. nos nostro officio nihil egressos esse. FLVMEN. Sall. 73. ego flumen mulcham, quod inter me, & micipsam fuit, non egrediar, neq; intrare iugurtham sinam.

EIICERE. ALIQVID. Ter. 72. ita ne tandem quę so Menedeme vt patet tam in breui spatio omnem de me eiecerit animū patris. MOLLICIEM animi. Ter. 29. eiiciūda hercle hæc mollicies animi, nimis mihi indulgeo. LINGVam in or. lib. 133.. eiecta lingua buccis fluentibus. CREPITVM ex aliquo. Pl. 62. eos ego si offendero, ex vnoquoq; eoꝝ eiiciam crepitum polentarium. i. eogam eos eiicere crepitum polētarium. RVBOREM alicui. ad Her. 27. tum vero iste cœpit voce clamare ista, quæ facile cuiuis rubores eiicere possent. vulgo far agricias. EX ANIMO aliquid. 1. vo. or. 27. vt amorem illum penitus insitū eiiceret ex aio. EX OPPIDO. Cę. 91. sese ex oppido eiecerūt. Ita E' PRÆDIO. 1. vo. or. 4. expulsus atq; eiectus e' prędio. SENATV. Asc. 40.. vt qui senator esset eiicere tur senatu. DOMO aliq. 1. vo. or. 22. nudum eicit domo. in fa. 234. eiicere nos magnum fuit, excludere facile est. ALIQVO aliq. Cæ. 167. q; eo naues eiicere posset. i. appellere. ita IN TERRAM. Cę. 16. in terram nauem eiicere cogunt.

EIVRARE. Inquit Sex. Pompeius, est id, quod desideretur, nō posse præstare. BONAM copiā. in fa. 136. tu autem qd' mihi bonam copiā eiures, nihil est. FORVM. 1. vo. or. 178.. negociatores putāt esse turpe id foꝝ sibi iniquum eiurare, vbi negocientur, prætor ꝓuinciam suam totam sibi iniquam eiurat. PROVINCIAM. v. foꝝ. ALIQVEM Iniquum. 3. vo. or. 242.. sic me iniquum eiurabant, de me quærebantur.

ELABI Aliquid alicui, aliqua re, & ex aliqua re. ALICVI Aliquid. Ter. 104. paulatim elapsus Bacchidi. SVSPITIONE. 1. vo. or. 97. & cū extraordinaria pecunia crimē subterfugere velles, satis te elapsuꝝ omni suspitione arbitrabare. E' MANIBVS. 3. vol. or. ne reus elabare e' manibus, summum est periculum.

ELABORARE. summum studium plerūq; & cōtentionem eius rei, qua de agitur, habet verbū. IN RE aliq. Att. 72.. qd' superest elaboratur in hoc a me, sicut tibi sensi placere. in Fa. 45. hæc mihi ampliora multo sunt, q̃ illa ipsa, pp quæ elaboranſ. Itē in or. li. 86.. neq; i vniuerso grę singulos elaborasse. i. cōtendisse, cōnatos esse. Item. 167. & multo ante non inuentas solum, sed etiam perfectas, q̃ hæc est a' Græcis elaborata dicēdi vis, atq; copia. 86. quaobrē mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cum ex illis rebus vniuersis eloquentia constet, in quibus singulis elaborare permagnum est. nunc quasi excellere significare videtur. CVLTVM aliq. 1. vol. or. 79.. aut quod est tam asperum, saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. i. quod non exerceat.

ELEVARE Suspitionum causas. de off. 112.. multęq; causæ suspitionum, offensionumq; dātur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapiētis est. i. leuiores facere sapientia. ÆGRITVDINEM. 1. vo. ph. 198. nihil est. n. qd' tam obtūdat, eleuetq; ęgritudinē. ADVERsa. in or. li. 130.. vel qd' frāgit aduersarium, qd' impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat.

ELICERE. Est omnino educere, extrahere, sed inest nescio qd blādimēti in plerisq;. IGNEM. 2. vo. ph. 31. nā & lapidū conflictu atq; tritu elici ignē videmus. i. excitari. SANGVINē. 2. vol. ph. 174. vt hostiū sanguis eliciaſ. SONū. 2. vol. ph. 56.. ad neruoꝝ eliciendos sonos, ac tibiaꝝ apta manus est ad motionem digitoꝝ. FERRVM. 2. vo. ph. 56.. nō e' terrę cauernis ferꝝ elicimus, item ad colēdos agros necessariā. CAVSAM. 2. vol. ph. 83. qs igitur elicere causas præsentionū potest? Item Att. 6. 26. EPISTOLAM. Att. 135.. aut alias abste epistolas eliciam. QVERELAS. in or. li. 190.. qui etiā ex infantiū ingeniis elicere voces, & querelas soler. VERBVM in or. lib. 93. verbum ex eo nunq̃ elicere potui de vi, ac de ratione dicendi. SENTENTIAM aliq. Att. 99. tamen dabunt operam, vt eliciam sententiā meam. IN INSIDIAS aliq. Cę. 107.. eodemq; equites postero die mittunt, qui primū elicere nostros in insidias. AD PVGNAM. Cæ. 185. Cæsar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans.

ELIMARE. est leuiter de re aliq̃ aliqd demere. DE NATVRA benefica. in Fa. 38.. & si de tua prolixa, beneficaq; natura elimabit aliquid posterior annus. AD TENVE aliq. 1. vo. ph. 17. sed ad elicem & clarissimos septētriones. id est rōnes has latiore specie, non ad tenue elimatas.

ELOCARE Fundum. 1. vo. or. 159. fundum elocatum esse dicebat. i. locatum.

ELVCERE Honorem. in fa. 149.. quare sit modo aliqua respub. in qua honos elucere possit, omnibus (mihi crede) honoribus abundabis.

ELOQVENtiā.

ELOQVENTIAM.in or.lib.209..hoc in genere,(nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentie magnitudo.

ELVDERE. Proprie gladiatorũ est, cum vicerint, & est finem imponere.2.VO.or.97..quãdiu nos ẽt furor iste tuus eludet.Ter.26. illicet periisti, eludet vbi te victum sentiet. Item.3.VO. or.97. IN ALEA aliq.Pl.66..elusi militem inquam in alea. AD LIBIDINEM aliq.1. VO.or.72. ad nostrum arbitrium libidinemq; eludemus.

ELVERE. Sordes eluuntur maxime, sed apte ẽt transfertur. MACVLAM.3.VO.or.17.quoniam illa in rep.macula regni publicati maneret, q̃ nemo posset iam eluere. PRÆDICATIOnem. 3.VO.or.242.num elui prædicatio crudelitatis poterit? SANGVINEM.3.VO.or.242. vt centurionum legionis martiæ Brundusii profusus sanguis eluatur.

EMANARE. Idem est cum exire.diuulgari. ALIQVID per aliq.in or.lib.185..vereri te inquit arbitror ne per nos hic sermo tuus emanet. IN VVLgus.1.VO.or.19.ego ẽt si omnia,quę dicenda sunt,libere dixero,nequaquam tamen similiter oratio mea exire,atq; in vulgus emanare poterit. FAMAM.1.VO.or.76..quæ fama non iccirco solum emanarat.

EMANCIPARE. Mancipare est in seruitutem capere.emancipare est in ius suum exire. Sex.vero exponit esse,aut ex iure patris exire,aut aliorum fieri dominum. 2. VO. or.220.. nam adoptatum emancipari statim,ne sit eius filius,qui adoptarit.

EMANDARE. Emandamus quæ cara sunt,& cui consultum volumus.amandamus,quę impediunt,quæq; odimus.Att.110..itaq; de Ciceronibus nostris dubito quid agam,nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam.

EMENDARE. Est corrigere, mendum tollere. Att.32.ita rursus remittit,vt me roget,vt annales suos emendem,& edam.

EMENTIRI. Est mentiri.transferturq; etiam ad factum. & aliquid, & in aliquid ementimur. AVTHORItatem aliq.2.VO.or.223. satis'ne tibi videt a' senatu iudicatum? me non modo emẽtitum esse authoritatem eius ordinis? AVSPICIA.3.VO.or.185.quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat.vt passiue etiam sit pronũciatum,& est scientem contra auspicia fecisse. GENVS suum.3.VO.or.55..non enim furatus est ciuitatem,non genus suum ementitus.in or.lib. 234.alii ementiti sunt in eos,quos oderunt.

EMERGERE. Difficultati,& rei turpi maxime accommodat verbum.& dicimus aliqua re,& ex aliqua re emergere aliq. Att.71.. me & incõmoda valetudine,qua iam emerseram &c.EX ALIquo loco.Att.39.. emerseram cõmode ex Antio in Apiam ad tris tabernas.EX MALIS sese. Ter.13..dehinc facile ex illis sese emersurũ malis. EX NEGOCIO.Att.72..quod non aliqua ratione ex hoc negocio emerserim. ita alicunde. Ter.36..quid gestiam,aut quid lætus sim, quo pergam,vnde emergam &c. vbi DO. ait,pprie dixit emergam,vt ex lustris, atq; ex inhonestis locis,vtpote meretricis domo.Ci. at ne tũ quidem emersisti lutulente quæso ex naturæ tuæ sordibus. AMOREM alic.Att.144.. nũc emergit amor,nunc desiderium ferre non possum. nũc est insurgere. DECORVM quid sit. de off. 22..ex quo magis emergit quale sit decorum illud.idest apparet.

EMERE. Et ab, & de aliq. & aliq. de re aliqua emimus. AB HASTA. Asc. 9. vt nihil neque donari sibi voluerit, neque ab hasta emerit. ALIQVID.3.VO.or.19.. ex his princeps emitur ab inimicis meis. BENE quid. Att.8..tantum, quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus. COECA die.Pl.184.. eme die cœca hercle oliuum,id vendito oculata die.iocus est Plautinus.id fortasse significãs, quod est nocte furari,quod die vendatur,& impurissimi lenonis personę optime conuenit. DE ALIQVO aliquid.Pl.45.. heri quos emi de præda de quæstoribus.Item Att.30.De præda. vide supra. DE LAPIDE.3.VO. or.87. de lapide emptos tribunos &c. IN DIEM. aliq.Att.168. cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem.vulgo.a' credenza. SENTENTIAS.2.VO. or.38..oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam iudicatum est. TEMPVS ad Asc.50..tempus emisse.i tẽporis dilationẽ.

EMETIRI. Aliquid.vt voluntatem alic.in or.li. 166.ego autem voluntatem tibi profecto emetiar,sed rem ipsam nondum posse videor.idest equabo animum,rem non possum.

EMINERE. De illis est rebus,quæ aliquam partem habẽt cæteris altiorem,aut magis expositam.vnde eminentia in pictura.cui cõtrarium est vmbra .1. VO. or.38.. quo magis opprimitur,eo magis eminet,& apparet. FORAS aliq. de off.131.idq; otius faciet,si iam tum,cum erit inclusus in corpore,eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans,q̃ maxime se a' corpore abstrahet. AVDACIAM.1. VO.or.56.. aut isti,quorum eminet audacia.

EMITTERE. Emittitur quod aliquo modo continebatur. LACVM.Att.62..quod lacus velin' a' M.Curio emissus,qui intercisso mõte in Nar defluit. EX VINCVLIS aliq.1.vo.ph.164.& cũ illuc ex his vinculis emissi feremur.Att.38. VOCEM.ad Her.40..q; si nunc hæc vrbs inuictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur. MANV.Pl.147..adeo me vt hic emittat manu.

est libertatem dare. Item. 43.

EMVNGERE. Est maxime nares purgare. vnde homo emunctus, & emunctæ naris. idest elegans, facetus. ad Her. 41. cuius pater cubito se emungere solebat. Item Pl. 95. homo es, qui me emunxisti mucidum. Item AVRO aliquem. Pl. 112. sic miserum me auro esse emunctum. Ita ARGENTO dixit. Ter. 137. emunxi argento senem. vbi illud fortasse non fuit omittendum, & emulgeo, & emungo eodem modo, in eadem significatione præteritum edere, emunxi, vt No. Marcellus. 1141. 60. emungi ex manifesta significatione manat. vt Ter. Phor. emunxi argento senem. Item. 1265. 29. emulgere sine labore tollere. Ter. phor. emunxi argento senem.

ENICARE. In vinculis. Pl. 235. nempe optimo me iure in vinculis enicet magistratus. FAMEM aliq. Pl. 212. emitte sodes, ne enicet fames. quo tamen verbo cultiores latini sermonis vsos non reperio. verum ex illo tãtum participium enectum in vsu cõseruant. PROVINCIAM. Att. 84. sic Appius, cum [illegible] prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectã & [illegible]

ENERVARI. Est vires adimere. in or. lib. 219. eneruatur oratio compositione verborum. idest debilis fit. de off. 83. eneruauit me, atque afflixit senectus.

ENITERE. Aliquid in re aliqua. in or. lib. 184. at Crassi magis enitebat oratio. IN RE. Att. 21. quod in eis orationibus, quę philipicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes.

ENITI. Mulierem filium. Pl. 1. geminos Alcumena enititur. idest parit, quia in partu mulieres maxime nituntur.

ENODARE. Est explicare, euoluere, aperire. VOLVNTATEM alicuius. ad Her. 9. deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem. idest ostẽdemus quæ sit contrariæ legis sententia, & voluntas.

ENVCLEARI. Suffragia. 2. vo. or. 261. eblandita illa, non enucleata esse suffragia. quid eblandita, quidq; enucleata suffragia sint, declarat statim Ci. eodem in loco.

ENVNCIARE. Est significare, referre, diuulgare, pronunciare. & aliquid alicui. Att. Att. 19. Cossinius hic cui dedi literas, valde mihi bonus homo; & non leuis, & amans tui visus est, & talis, qualem esse eum tuę mihi literæ enunciarant. idest significarant. Cę. 6. quinetiam qd necessariam rem coactus Cęsari enunciarit, intelligere sese quanto id cum periculo faceret. idest detulerit. Cæ. 10. non minus se id contendere, & laborare, ne ea, quę dixissent, enunciarentur, quã vti ea, quę vellent, impetrarẽt. CONSILIA sociorum aduersariis. 1. vo. or. 38. qui primo sociorum consilia aduersariis enũciauit. nunc est propalam facere. ORATIONEM. ad Her. 20. continuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa. nunc est proferre, enunciare.

ERADICARE. Ab arboribus, & cæteris, quę radicibus nituntur, sumptum est. ALIQVID. Ter. 63. dii te eradicent Syre, qui me istinc extirdis. AVRES. Pl. 94. pugnis memorãdis nostris eradicabam hominum aures, quando acceperam. longe plus est q̃ obtundere.

ERIGERE. Earum rerum est, quę aliquo modo iaceant, cum tolluntur. recteque ad multa transfertur. AVRES. 2. vo. or. 173. erigite mentes, auresque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. ANIMVM. Att. 12. quamobrem P. C. erigite animos, retinete vestram dignitatem. Ita & arrigere. & est suscipere, excitare animos languẽtes. CVPIDITATES. ad Her. 24. immo erigit omnium cupiditates, & accuit industriam. idest excitat. CAPILLVM. ad Her. 41. oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga. idest sursum spectante, quod furentis est signum; fortasse ab iratis feris sumptum. quæ cum furunt setis horrere solent. MENTES. 2. vo. or. 173. vide aures. OCVLOS. 3. vo. or. 18. vt erigere oculos, & viuere videretur. nunc est tollere, aperire. ITA SE. Att. 304. nunc si potes id quod ego, qui fortis tibi semper videbar non possum, erige te, & confirma. ITA SE. in or. lib. 165. atq; vt post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prę lio po. se Ro. erexit. idest animos sumpsit. 3. vo. or. 193. sic ego vos ardentes, & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Item Att. 178. ABIECTVM. 3. vo. or. 16. hunc Gn. Pompeium. cum in suis castris supplicem, abiectumq; vidisset, erexit atq; &c. REMP. Att. 131. possumus etiam nunc remp. erigere, si communi consilio rem administrabimus. idest in pristinum statum restituere.

ERIPERE. Et per vim auferre. & dicimus aliquid alic. & ab aliquo. FVROREM. Att. 157. si vera sunt, ignosces, si falsa, me libente eripies mihi hũc errorem. Item de off. 34. ANIMAM alicui. Sall. 81. at alię leges, item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. LVCEM. 1. vo. or. 43. ne lucem quoq; hanc, quæ communis est, eripere cupiat. OCVLOS. Pl. 139. quas si attigeris, oculos tibi eripiam. idest effodiam. A LENONE mulierem. Ter. 84. a lenone ipsus eripuit palam. VOLVNTATEM mortuis. 1. vo. or. 99. eripias tu volun-

tatem

tatem mortuis, bona viuis, ius omnibus. idest eorum testamenta irrita facias.

EROGARE. Est distribuere. cuius vsum alii obseruent de rebus aliis, ego tantum in meis ad pecuniam conuenire comperio. PECVniam. Att. 205. quanta tandem pecunia penderet, si omnium nomine quicunque Romæ ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur. Item 1. vo. or. 185. pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus PO. RO. ad emendum frumentum attributa, fuerit ne tibi quęstui? NVMVM. Att. 81. nullus nummus me obtinente erogabit. Item 84. nobis obtinentibus eant, nummum nullum esse erogatū nec priuatim nec publice. NVMVM in æs alienum. Att. 88. nec audiretur Romæ nullum in mea prouincia nummum, nisi in æs alienum erogari.

ERRARE. Est falli decipi. TOTA VIA. Ter. 30. tota erras via. DE VERBIS ali. Ter. 56. hic de nostris verbis errat. i. ex verbis nostris. CVM ALIQVO ali. in or. lib. 208. sint autem qui Isocratem non diligunt, vna cum Socrate, & Platone errare patiantur.

ERVDIRE. Est docere. & aliquid ad aliquid, & aliqua re, & de re aliqua variando erudimus. AD MODESTIAM. 1. vo. ph. 161. hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemq; animi erudiuit. AD MAGNITVDINEM animi. vide ad modestiam. AD PATIENTIAM. Sall. 131. partim ad omnem patientiam erudierunt. AD ASSENTATIONEM. Att. 293. sic vero fallaces sunt p multi, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. RE ALIQVA. 2. vo. ph. 3. complures enim gręcis institutionibus eruditi, ea, quę didicerāt, cum ciuibus suis cōmunicare non poterant. LITERIS. Att. 66. ex quib9 nullos puto te literis, aut musicis eruditos expectare. Item. 115. DE RE aliqua. in fa. 24. tamen obuię mihi velim sint literæ tuæ, quę me erudiant de omni rep. ne hospes planè veniam.

ERVERE. Est extrahere. vt vero in malam tantū partem. Lau. Vall. dicat vsurpari, ex meis exemplis probare non possum. nam eruere opinionem de bono est apud Ci. quod adducat eruere oculos, recte id quidem fortasse adductum est, ego id in meis non habeo, cum tamen habeam, exturbare, effodere, eripere, excludere, exculpere oculos. OPINIONEM. Att. 198. fanum fieri volo, neq; hoc mihi erui potest. idest hæc opinio. EXVRI dixit. 2. vo. ph. 61. mihi quidem ex animo exuri nō potest, esse deos. MEMORIĀ ex aliqua re. 2. vo. or. 127. itaq; non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria. i. promēda. SENTENTIAM ex abdito. in or. lib. 204. acutę crebręq; sententiæ ponentur, & nescio vnde ex abdito erutę.

ERVMPERE. Est impetu facto exire, siue emittere. tam enim transitiueq; intransitiue ponit. BELLVM in ali. prouinciam. Att. 92. cum bellum esse in Syria magnum putetur, id videatur in hanc prouinciam erupturum. CALOREM. Cel. 30. incipiunt fere ab horrore, deinde calor erumpit. FVROREM. 2. vo. or. 179. etsi furorem incredibilem biennio ante conceptum erupisse in meo consulatu scripsi. MALVM ad perniciem. 2. vo. or. 244. videbam illud scelus tam importunum, audaciā tam immanem adolescentis, furentis, nobilis, vulnerati non posse arceri otii finibus, erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem ciuitatis. RIsum. in or. lib. 130. atq; illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo existat, atq; ita repente erumpat. SANGVINEM per nares. Cel. 15. circa vigesimum diem, aut sanguis per nares erumpet. Item 19. ita circa aures erumpit. VITIVM aliq. de off. 110. erumpunt sæpe vitia amicorum. idest improuiso apparent. VOMICAM. Cel. 17. vomica vel ante, vel circa vigesimum diem erumpet. ET BELLVM in aliquem. vide bellum. AD PERNICIEM aliquid. vide malum. IN NOMEN ali. Att. 299. & sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere. IN ACTVM. 2. vo. or. 215. quę inueterata compresso odio, atq; tacito iam erumpebat in actum. idest re ipsa patefiebat. IN NERVVM. Ter. 129. verum hoc sæpe phormio vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat deniq;. idest ne neruo plectaris deniq;. IN CONSVLATVM. Sall. 91. sed qd ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atq; animi vis in consulatum erupit, hebes lingua, magis malus, quā'm callidus ingenio. idest quasi violenter factus cos. IN ALIQ. Cę. 60. & quę pars hostium confertissima visa est, in eam erumpit. idest impetum facit. QVORSVM aliquid. Att. 35. vt quorsum eruptura sit, horreamus. ita aliquo. Att. 37. ita foras. Cæ. 148. portis se foras erumpunt. GAVDIVM. Ter. 36. iam ne erumpere hoc mihi licet gaudium? STOMACHVM in aliq. att. 252. ne in me stomachum erumpant cum sint tibi irati.

E S S E.

TRia in primis sunt verba(vt quædam alia haud infrequentia cum his nunc non coniungam) quæ ita late per se latinam orationē, & ornāt, & amplificant, vt si vnum eorum tollatur, illa valde & inculta, & inops destitui videat̄. ea vero sunt esse. facere. habere. quorū primū quod in manibus est, nemo vel paucarum literarum homo nescit, q̄ longe, lateq; in ea dominetur. quippe nullus pene sensus sit, qui vel proprie per hoc verbu; proferri, vel extrinsecus aliquo modo ad hoc ipsum admitti non possit. eoq; mihi magis elaborandum fuit, vt hunc protheum certo aliquo vinculo tibi comprehensum traderem. quod tamen partim ex casibus nominum, partim ex particulis, (quando horū omnium vi diuersas formę rationes induere solet) cōsecutus sum. habe igit̄ tibi statim formā eius colligata; per genitiuos, mox datiuos solos, deīde geminatos, tertio in loco ablatiuos. quos deinceps consequentur particularum formulæ. in quibus singulis ordinibus ad primā vocū literam exemplorum ratio semper dirigef. sub quo quidem verbo, & multis ēt aliis, (vt me iterum ad locupletiorem latinā copiā excusem) nulla mihi religio erit, quædam etiā adducere, quæ aut communia cum cæteris verbis sint, aut ēt nominis, aut particulæ ratione magis, q̄ verbi natura in oratione adiungant̄. vt exempli gratia esse reū de vi, item esse otiū a re sua alic. & a re aliqua aliquem imparatū, & in cęteris pene innumerabilibus. quarū locutionum ornatus nullus a verbo cognoscit̄, sed quia cum hoc verbo frequenter sunt, omittere nolui. sed iam ad exempla.

ESSE CVM GENITIVO.

ANIMI mediocris. Cæ.165.. difficultates auctionandi proponere ēt mediocris est animi. ARTIS. in fa.15. sed, vt in nauigando tempestati obsequi artis est. COGNATIONIS magnę. Cę. 86.. atq; ipsum hominem summæ potentiæ, & magnę cognatiōis. COMMORATIOnis locū. in fa.92.. nā & villa, & amœnitas illa cōmorationis est, non diuersorii. CONSILII sui. in fa. 31.. quid in eo genere efficere possis tui consilii est. Cę.100. mei cōsilii est facet̄, quod nostri maiores etc. DIVERSORII locū. vide cōmorationis. EIVS generis aliquid. in fa.6. quod nō eius generis meę literę sint etc. ita eiusmodi, illiusmodi, huiusmodi aliqd. Ter.59. FRVGis aliquē. Pl.163. fac sis frugis. Et FRVGI. Pl.40. hoc est serui facinus frugi. & FRVgi bonę. Pl.209.. quasi ipse sit frugi bonę. ID ÆTATIS. Att.64. credo Platonē vix putasse satis cōsonū fore, si hominē id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. in fa.93. hac locutiōis formula, si recte obseruo, cum de minoribus, tū de maioribus natu veteres in primis vti soliti sunt. IMPVDENTIÆ insignis. in or. lib.99. insignis est impudentiæ. Cę.165.. cuius impudentię est. IVDICII mei, tui, sui, alicuius. Att.274.. tu qd de hac re sentias, tui iudicii est, ego sic sentio. IVRIS sui aliquē. Att.119.. nō futuros sit sui iuris. i. liber. IVRIS. 2. VO. OT.217. qui negas esse iuris. LABORIS summi aliq. Cę.37.. hæc quotidiana exercitatione, summi, vt sint laboris, efficiunt. i. qui possint summū laborē ferre. LOCI alicuius aliquid. Att.4.. quę loci sint eius. idest quæ ei loco conueniant. MENTIS suæ aliq. 3. VO. OT.90. hic si mentis esset suę. i. sanę mētis. MORIS. Asc.500.. moris autem fuerat. NERVORVM alicuius. Att.328. est morum neruorum. NVNDINARVM multarum. Att.64. hęc negocia multarum nūdinarum fore. OPERÆ esse. Pl.178.. responde mihi quę causa? Eu. operę non est. Ch. cur? quia non illi commodum. est nō esse otiū. OPERÆ pręcium. 1. VO. OT.28. operę preciū erat. OPINIONIS. 3. VO. OT.272. nunqd hi, quos protulit Scipiones, & Metellos ante fuerint aut opinionis, aut glorię etc. PAVCORVM hominū. Ter.33. immo sic homo est per paucoꝝ hominū. i. qui cū paucis hominib. conuerset̄. PLVRIS aliquid alicui. Att.195.. mea mihi cōscientia pluris est, q̄ hominū sermo. Sall. 60.. POTENTię sūmę. Cę.86.. vide cognationis magnæ. PRÆCII alicuius rē. 1. VO. OT.101.. oēs deniq; res, quæ alicuius precii fuerint, tota ex prouincia coemisse. QVANTI. in fa.104.. vide quanti apud me sis. i. a me fias. in or. lib.188.. sed quāti quisq; sit ponderādū est. Ter.99.. postremo a me argentū quāti est sumito. i. quāti valet. SENTENTIÆ suę. 1. VO. OT.79. vide iuris sui. SERMONIS multi rem. Att.103.. sed hęc coram, nam ista multi sermonis sunt.

ESSE CVM DATIVO.

IN HAC quidem parte, ne te in infinitum ducam, quoniā verbi natura ea est, vt omnia nomina, quę aliquo mō substantiā habeant. Item Gerundia in dum absoluta, & vnum in do, qd est soluendo, in parem constructionem recipiat,

cipiat,his paucis exemplis contentus eris. ac
statim de iis,quę natura substantiua sunt,mox
de iis,quę vsu in substãtiuorum rationem trã
seunt,deinceps cum particulis agetur.

ESSE CVM IIS NOMINIBVS QVÆ SVNT NATVRA SVBSTANTIVA.

ABORTVM. Ter.110.dicam abortum esse. AV/
THOREM. alicui. Att.218.& si qd author mihi
es. CAPVT. i fa.54..caput illud est. CAVSAM.
in fa.206:non erat causa. CAVTIONEM. Ter.
86.hi mihi ne corrumpantur cautio est.i.cauẽ
dũ est mihi. CONFIDENTIAM. Pl.191.confi/
dentia est inimicos meos me posse perdere.
CONSILIVM. Ter.172. non est consiliũ pater.
Item Sall.2. CONSVETVDINEM. Att.195. si,
vt cõsuetudo est,in prima ꝓuincia circiter.cal.
affuturus videtur. CONVIVIA. I.vo.or.252.vt
muliebria quotidie cõuiuia essent.i.exercerẽn
tur. COPIAM. Ter.58.nã apud patrem tua ami
ca tecum sine metu vt sit,copia est. DIEM rei.
in or.lib.172.& cum cognitionis dies esset. ÆS
ALIENVM. Sall.6.simul ꝙ ęs alienũ per oẽs
terras ingens erat. EXPECTATIONEM. Att.
13.nũc est expectatio comitiorũ. FIDEM. Pl.2.
si illis fides est.alicui apud aliq. Ter.62..at mi/
hi fides est apud hunc. Att.154.pacis fides nul
la est.i.spes nulla pacis est. FLAGITIVM. Ter.
86.nam id nobis tam flagitiũ est,q̃ &c. GRA/
TIAM. Ter.78..& est dis gratia. Item.78..& est
dis gratia.vtrobiq; pro grãs habere,seu agere.
HONOREM. I.vo.ph.148..honorẽ tamẽ huic
generi non fuisse declarat oratio Catonis. IM
PVNITATEM. 2.vo.or.201.ego autẽ in qua ci
uitate nihil valeret senatus,omnis esset impu
nitas. INTERCAPEDINẽ. I.vo.ph.601.. quas
ob causas in eorum vita nulla est intercapedo
molestiæ.in fa.264. ITER. Att.125..iter autem
eius erat ad lentulũ cos.i.ibat. IVDICIVM.
Ter.32.cras est mihi iudiciũ. LIBIDINEM. Pl.
131.maior libido est fugere,& facere nequiter.
LOCVM. in fa.133.vt miraret locum fuisse &c.
LVDVM. I.vo.ph.54.cum pręsertim illa per/
discere,ludus esset. MESSEM nullã. Att.82.mes
sis enim nulla fuerat. NEGOCIVM. Att.86..
correcta vero epistola mẽmiana nihil negocii
fuit.ita tu nullũ negociũ dices. NOMẽ. Pl.48.
nã illi Theodoromedes fuit germano noie.
& nomẽ Cęsaris. Pl.1..nomẽ Mercurii est mihi.
& Cęsari. Pl.130..Menechmo idem quod alteri
nomẽ fuit. OTIVM. Ter.86.non hercle otium
est. de off.33.. OCCASIONEM. Pl.207. agere
tuam rem occasio est. OPINIONEM. I. vol.
or.66. de quo nulla vnquam opinio fuerit. in
fa.131..vt opinio nostra est.de off.41. OPPOR/
TVNITATEM rei.2.vol.ph.19.. ne hoc quidẽ
nos monet cõsiderãtes,quæ sit vtilitas,quæq;
opportunitas in hoie mẽbrorũ. OPVS re ali
qua. Ter.38.qd opus est verbis.ita FACTO. Sal.
nam priusq̃ incipias consulto,& vbi ꝯsulueris,
mature facto opus est. CONSulto. vide facto.
etsi hi ablatiui nõ verbi vi,sed nominis adiun
cti sunt,id quod fiet etiã in vsus est,& in mul/
tis aliis bona cum eruditorum venia. PERI/
CVLVM. 3.vo. ora. 14.. primum non est
periculnm. POTESTATEM. in fa.6. quoties
mihi certorũ hominũ potestas erit. I.vo. or.7.
RATIONEM. 3.vo.or.194.verũtamen fuit ra/
tio mihi fortasse ad trãquilitatẽ meorũ tẽpo/
rum non inutilis. RELIGIONEM. Pl.63.vocat
ad cœnã,religio fuit, denegare nolui. REM.
Ter.86.istęc res est. SENTENTIAM. Ter.53..sic
cine est sentẽtia? SERMONEM alic. Pl.156.ita
nũc p vrbẽ solus sermo est oibus.i.de eo oẽs
loquunť.3.vol.ora.7.erat hic omniũ sermo.i.
ita oẽs loquebanť. SIGNVM. Ter.11..adhuc ar
chillis quæ assolent,quæq; oportent signa ad
salutẽ esse oia huic esse video. SIGNIFICA/
TIONEM. de off.61..nulla fuit timoris signifi
catio, nulla mẽtio pacis. SIMVLATIONEM.
Ter.68. non mea est simulatio. SOLITVDI/
NEM. I.vo.ph.124..solitudo erat,quã voluera
mus. SPACIVM. Att.75..cũ autẽ erit spaciũ,
vtrũq; dabo.i.otiũ. SVASORẽ. de off.74.sua/
sor & author fuit. TENEBRÆ. Att.108..quęso
qd hoc est?aut qd agiť mihi.n.tenebræ sunt.
VICISSITudinem rerũ. Ter.30..oium rerũ vicis
situdo est. VOCEM vnã oium. Att.34..sed est
iã vna vox oium magis odio firmata q̃ pręsi/
dio. vt oium sermo. VSVM alicui,re aliq̃. Pl.
20..vginti iam vsus est filio argẽti minis. TA
CITO. Pl.83.tacere misera nequeo quod taci/
to vsus est. ita FACTO. Ter.86.& moneo quid
facto vsus sit. Itẽ.52.& vbiq; est,vsu; esse,quod
alibi est,opus esse. ET VSV aliquid alicui. Pl.
153..qn si inimicis vsu est,obsit mihi. ET VSVI
in or.lib.166.sed quid habuit tandẽ liber iste,
quod tibi aut nouum,aut tãto vsui possit esse?
nunc rei vtilitatem significat. VSVM alicui
cum aliquo suo loco.

ESSE Cum iis nominibus quæ per tertiũ genus
substãtiua fiunt. vt ALIENVM. in or.201. ANI
MATVM. de off.106. CAPITALE. in fa.102.
treuiros vites censeo,audio capitales esse, & si
suum secum substantiuum nunc habet. in qua
voce Lau. Val. præcepiebat capitalem homi/
nem esse,eum tantum, cuius caput petitur, nõ
qui alterius caput petat, hic plane` contra est.
CERTVM alicui. Att.38.vt diceret sibi certum
esse. nunc est constituere, deliberare. COM/
MODVM. in or.lib.166.quare si tibi est com/

modum. Att.10.. COMPERTVM esse. ego fateor hanc locutionem apud meos me nó obseruasse, qui eius loco habere compertum, habere exploratum, & pro explorato magis vsu sunt. Lau. Val. tamen eius meminit. COMMVNE alicui cum aliquo. in fa.81.. deinde quod mihi ad consolationem commune tecum est. & commune omnium. de off.2. hæc quæstio communis est omnium philosophorum. 62. 202. CONSONVM. Att.64. credo Platonem vix putasse satis consonum fore. CONSENTANEVM alicui. Att.20. vel ꝗ ita rectum est, vel ꝗ meis rebus maxime consentaneum. de off.14. ÆQVVM. in fa.8. q̃ ęquum est. EXIMIVM alicui. 1.vo.or.63. neq; enim esset verisimile, cum omnibus siculis faceret iniuriá, te illi vnum eximium, cui consuleret, fuisse. quod Ter.102. dixit habere in eximium. EXPLORATVM. in fa.7. nos hoc sentimus, si tibi exploratum sit. 74. Sall.64. & pro explorato infra. FINITIMVM. in or.lib.201. GRAVE. in or.lib.221. INANE. Att.181.. INCOMMODVM. in fa.28. INTEGRVM. 2.vo.or.93. ego autem si mihi esset integrum, & integro. in or.lib.144. sed quoniam hæc iam nequaq̃ in integro nobis esse possunt &cet. IVCVNDVM. de off.87.. LÆTVM. de off.88. LVXVRIOSVM. in or.lib.204. NATVRALE. Asc.3. NEFAS. de off.24. OBSCVRVM. in fa.41. neq; id est obscurum cuipiam in prouincia. OMNIA ali.in aliquo. in fa.22.. in eo sunt mihi omnia. OPTATVM. in fa.250.. & in optatis infra. PAR. 3.vol.or.194. scelere par est, belli industria inferior. in or.lib.197. PROCLIVE. de off.47. dictu quidem est procliue. PVTIDVM. Att.8. QVOTIDIANVM. Att. 316. hoc est enim eius quotidianum. RATVM. Ter.113. neq; quod ego egissem, esset ratum. RELIQVVM. Ter.123. erant ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pausillulum. Att.95. dies enim trigintatres erant reliqui. SVBITVM. in fa.203. subitum est ei remigrare. Cal. quintilibus. SVMMVM alicui. Ter.84.. nam is nostro simulo fuit summus. SVPERVACANEVM. in fa.32. commemoratio officiorum superuacanea est. Sall. 18.. SVSPENSVM. in fa.171.. omnia enim erant suspensa.

ESSE CVM DVOBVS DATIVIS.

IN HAC vero dicendi formula illud obseruandum est maxime, hanc tantum, scilicet in nominibus substãtiuis admitti, neq; adiectiuum recipi vnq̃, nisi tertio quodam in loco substantiuo suo pro epithero adhærens, hoc modo

quod mihi argumento fuit, quod mihi magno argumento fuit, nam cum substantiuum sit per tertium genus, iam adiectiuum esse desiit. sed neq; hoc in omnibus substantiuis fit, nam mihi memoriæ fuit, nobis omnibus mẽti est, nisi plane Barbarus dicet. ARGVMENTO aliquid alicui. Att.166.. tum mihi argumẽto est, recte esse in Hispaniis. 2.vo.ph.2.. 1.vo. or.245. ACERBITATI ali. 2.vo.or.150. quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scriptura, decumę, portoriũ morti. Item.1.vo. or.215.. BONO aliqd alicui.1.vo.ph.32.. cui bono fuisset. Item.1.vo.or.32.. CORDI aliquid alicui. in or.lib.201.. flumen aliis verborũ, volubilitasq; cordi est. Ter. si tibi hæ nuptiæ sunt cordi. i. placent, delectant. CVRÆ aliquid alicui. in fa.80.. mihi, tu, tui, tua omnia maximæ curę sunt. DE ALIqua re. in fa.143.. itaq; mihi maximæ curæ est, non de mea quidẽ vita &c. EMOLVMENTO aliquid alicui. in or.lib.87.. vt & vobis honori, & amicis vtilitati, & reip. emolumẽto esse possitis. HONORI. vide emolumento. IMPEDIMENTO. in fa.41. vbi enim ego cuiq̃ legationi fui impedimento? INDICIO. 1.vo.or.36.. Ter.59. nam quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. LAVDI. in fa.11. sed tibi & gratulor, & vt sempiternę laudi tibi sit iste tribunatus exopto. LEVATIONI. in fa. 82. non enim dubito quin magnę tibi leuatio ni sit solitus esse quotidianus congressus &c. OSTENTVI. Sall.36.. sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthę scelerum ostentui sim. REI alicui aliq. Ter.85. qui alicui rei est etiã. legitur tamen in Palatino codice alicuius rei. est autẽ de illo nondum desperatũ esse. RIDICVLO. Ter.47.. mihi solę ridiculo fuit. SALVTI aliquid alicui. in or.lib.88. & maxime censor salu ti reip. fuit. STOMACHO. Att.68.. & multa pręterea, quæ tum mihi maiori stomacho, q̃ ipsi Quinto fuerũt. TESTIMONIO alicui. 1.vo.or. 247.. nisi nobis testimonio sunt. VSVI. Att. 109.. magno vsui causę nostrę fuisset. VTILITATI. vide emolumento.

ESSE CVM ABLATIVO.

VIDE q̃ varie, quanq; venuste verbi natura se circumuestiat, modo enim substantiuis, aut solis, aut cum suis adiectiuis, vt magis libet, cõuestitur. cum vero duplici veste, quasi per hyemem, vtendum est, si datiui sunt, ex substantiuis tantũ suenda vestis est, si ablatiui, ex vtroq; panno adiectiui, & substantiui, vestis conficitur, neq; secus vnq̃. ANIMO alieno. Ter.84.. iam primum illum alieno animo a' nobis esse res ipsa indicat. ANIMO abalienato. Att.2. sed mirandum in modum est animo abalienato. ANIMO magno. 3.vo.or.111.. ANIMO illo. in fa.160.

fa.160. ANIMO vacuo. in or. lib.166..in qua locutione,cum & animi magni, & animo magno,ita exigui, & exiguo, & in multis similibus recte dicatur, omnino tamen diuersa est significatio.nam esse magni,exigui animi,magis pertinere,interesse,cōuenire significat. animo vero magno,exiguo esse,est habere animū magnū,exiguum.neq; (fortasse) dicendi figura recte conuerti poterit.vt Cęsar fuit magni animi.neq; est magno animo facere.s.aliquid. sed magno animo Cęsar semper fuit, & magni animi est facere.s. aliquid. id quod cum multis aliis, ne dicam cum omnibus, huiusmodi fiet. vt ex his exemplis cognosci potest. COMMODO suo. Att.212. quo minus suo commodo in Thusculano sit. FAMA graui. Att.324. est omnino tam graui fama hoc iudicium. LOCO bono. Att.84..pro bono loco res fuit. Item.112.. quo loco sit res. MORIBVS antiquis. Pl.46.il le demum antiquis adolescens est moribus. NOMINE hoc aliquē.i. vo. or.25..nam vt opinor hoc nomine est.i. ita appellatur. PERFIDIA aliqua.in fa.41. quod si essem ea perfidia. PONDERE aliquo. Att.154..eodem apud me es pōdere,quo fuit ille. TIMORE magno. Att. 75..tamen magno timore sum. VOCE bona. Pl. 111. scio te esse bona voce,ne clama.

ESSE CVM PRÆPOSITIONIBVS.

NVNQVAM Negatim & in multis ex superioribus præpositionis vsum accōmodari posse,sed crebrior est eorum vsus sine, nunc vero contra,quæ nisi cum præpositione poni cōsue uerunt,adnotauimus.in quibus,si quædam tamen reperies,quibus præpositio adiuncta sit vi magis nominis,q̃ verbi esse, nihil erit, q̄ aut vitio,aut negligentiæ nobis detur, cum id recte animaduersum sit,in primisq; huic verbo conuenire videantur.

ESSE A RE aliqua imparatum. Att.112. summus enim flagitiose imparati cum a militibus tum a pecunia. NVDVM a.2.vo.or.201. ita me nudum a propinquis. FIRMVM. in fa.152.. eoq; magis,q̄ & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Ita OTIVM. Ter.52. chreme tan tum ne est ab re tua ibi otium? Item de off. 33. Ita INOPEM. Att.1. Thermus cum syllano contendere existimatur,qui sic inopes, & ab amicis,& existimatione sunt. Ita AB ALIQVA re ægrum. Pl.90.a morbo valui, ab animo æger fui. AB ALIQVO aliquid. Att. .& suspitiones magnas habet non esse ab illo. Ter. 11.ab Andria ancilla hæc est. possessiue nūc est. idest Andriæ ancilla est. Item.2. vo.ph.15.. In or.lib. 89..sed vide ne hoc scęuola totum sit a me.idest pro me. AB RE alicuius. Pl.22.si papillam pertractabit,haud est ab re aucupis. AB ALIQVO alicui periculum.1.vo.or.259..a securi negat esse ei periculum. Item Ter.117.. AB OPPIDO aliq.Cæ.124.qui erat ab oppido millia passuum circiter tria.dictum est in abesse disiunctum esse nūc verbum a præpositione.i.aberat. ABSQVE aliquo. Ter.126. nā absq; eo esset.i.si is non esset.

EXHIBERE. Cum hoc nomine negocio moleſtiam ſignificat: id quod etiam faceſſo facit. quid vero cum reliquis,in exẽplis ipſis videbitur. NEGOCIVM.2.vo.ph.18. quod beatum & immortale eſt,id nec habet,nec exhibet cuiquam negociũ. Ita Pl.122.ita & hinc,& illinc mihi exhibent negocium. Item Pl.13.atq; illi dudum meus negociũ inſonti exhibuit. Item de off.74..qd audiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri,accuriſſe Romã,& prima luce Pomponii domũ veniſſe dicitur.nũc plus eſt ẽt,q̃ moleſtiam afferre. MOLESTIAM. Pl. 55.vt ſciat alieno naſo quã exhibeat moleſtiã. Itẽ Att.21.Iam exhibere mihi moleſtiã. itẽ in fa.201.Aut ſi ne tu quidẽ vacas noli impudens eſſe,nec mihi moleſtiã exhibere. ARGVTIAS. Pl.114.quid mihi inter patinas exhibes argutias.i.odioſe argutias fundis. HORAM.3.

vo.or.207.horam exhibere nullam in tali ciue liberando sine scelere non possumus.i.ne hora quidem differre,nunc ex est extra,vt sit extrahere,eximere.

EXIBILARE aliq.in or.lib. histrio si parum se moueat extra numerum,aut si versus pronunciatus est vna syllaba breuior,aut longior exibilatur,aut exploditur.

EXHILARARE.Seruitutem.in fa.142.miraris tã exhilaratam esse seruitutẽ nostrã.ATHENAS. in or.lib.quo vno tuæ Athenæ maxime exhilaratæ sunt.

EXIGERE. Eleganter ad tres significationes verbum quantum exemplis ipse deprehendere potui,se accõmodat,vt & absolutionem,& rerectionem,siue exclusionem rei alicuius, & debiti receptionem significet.cum etiã nõ ignoremus apud poetas in alias quoq; significationes vsurpari,quas apud oratores non ita crebro poni repies. ÆTATEM.Pl.33..atq; vt te dignum mala malam ætatem exigas. VITAM Ter.57.hinc sciri potuit,aut nusquã alibi Cliniã quo studio vitam suam te absente exegerit.item.105.an quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini quo quisq; pacto hic vitam vestrorũ exigat:idest ducat,pagat.ita ÆSTATEM.Cæ.36.eodem ferè tempore Cęsar etsi propè exacta iam æstas erat:tamen &c. TEMPVS.1.vo.or.85..latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinũ temporibus exactis fugisse Delum.vnde menses exacti proprie dicuntur qui sub ipsum partum sunt. VXOREM.Ter.105..vbi duxere impulsu vestro, vestro ẽt impulsu easdẽ exigũt. i.repudiãt.ita LASSITVdinẽ.Pl.57..vbi labore lassitudo est oĩs exigũda.i.eiiciũda.ita Ter. 1..post quas faciet de integro comœdias,spectandę an exigendę sint vobis pri⁹.i.explodẽdę. MACVLAS mœroris.Pl.55..iam ego ex corpore exigam oẽs maculas mœrorũ tibi. ita EX LOCO aliqd aliquo exigere, vt domo, ex domo,ex agro,domum.C.Gracchus apud Au.Gell.133.quæstori sidicino à M.Mario datum est negocium,vti balneis exigerẽtur,qui lauabãtur. NOMINA.1.vo.or.81.cum per eos ipsos dies,per quos causa Dio diceret, reperit pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse,prędia vendidisse. PENSIONEM.in fa.9. teneor tamen,dum à Dolobellæ procuratoribus exigam primã pensionẽ. MERCEDEM.1.vo.or.100.exegerat.n.iam mercedẽ. itẽ.1.vo. ph.80.oibusq; ex reb.voluptatẽ, quasi mercedẽ exigit. VECTIGALIA.Att.296..nõ esse aũt leniores in exigendis vectigalibus. TRIBVTA.in fa.35.& simul peracute querebare.quod eos tributa exigere vetarim prius,quam ego re cognita permisissem.NVMOS.1.vo.or.163.. numi pręterea exigentur? PECVNIAM.Cæ. 169..sed in singulos cõuentus, singulasq; ciuitates pecunię imperabantur,mutuasq; illas ex S.consulto exigi dictitabant. COLVMNAS. 1.vo.or.103..hominẽ modestum, & minime pertinacem facile coherceat, columnas ita se exacturum esse confirmat. NVMERVM militũ.Cæ.128.in lucanis,Butiisq; per legatos suos ciuium Romanorũ delectus habebatur.equitum,peditumq; certum numerum à ciuitatibus Siciliæ exigebat. GRATIAM.de off.102. vt enim benefici,liberalesq; simus,non vt exigamus gratiã, neq;.n.beneficiũ fœneramur. VOLVPTATEM.1.vo.ph.8.vide mercedem. ERVMNAM.Pl.57..& tu cuius causa hãc erũnam exigo.i.ago patior.

EXIMERE aliquid alic.Att.312. Cato concionatus est comitia haberi nõ siturum,si sibi cum populo dies agẽdi essent exempti.i.adempti. DIEM dicẽdo.306..tum Clodius rogatus,diẽ dicendo eximere cœpit. Capito atteius apud Gell.69..eximebatq; diem dicendo. erat cum quis vel extra causam(quod licebat) in sententia dicenda nihil aliud agebat,quam ne, deficiente tempore,decerni posset. LASSITVDINEM.Pl.166..nunquã ędepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent.i.demẽt,adiment. NOMEN alic.de tabulis.1.vo.or.22..cũ ille confirmaret sese nomen sex.Roscii de tabulis exempturum.Ita EX REO.1.vo.or.128.. quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum piculo capitis ob eam causam ne tu eximerere ex reo, si ego non affuissem ad diem. ET DE REIS.1.vo.or.209. condemnare Diodorum non audet, absentem de reis exemit. ita È PROSCRIPTIS. Att.268..Seium, & Gelliũ Canium de proscriptorum numero exemisse.Item Asc.25.Ita EX ÆRARIIS in or.li. 133.is enim qui te ex ærariis exemit,lustrum condidit. Sanè quod ad ærarios, proscriptos,ac reos attinet.is mos fuisse videtur, vt reorum nomina in tabulis publicis scriberẽtur,quod deferre nomen dicebatur, delationem vero nominis aut accusatio sequebatur, aut accusator tacebat,verum ne eorũ nomina in tabulis perpetuo habitarent, ea delebantur. quod Cicero modo nomen de tabulis, modo ex reo aliquem eximere dicere cõsueuit. id quod etiam in tabulis ærariorum, ac proscriptorum factum esse cõiici potest.cum s.se ærario,ac proscriptione liberassent. ALICVNDE.Ter.5.ea lege atq; homine,vt si te inde exemerim,ego pro te molam.

EXINANIRE. Cum exhaurire sit & fontem, & aquam, exinanire tantum videtur esse de ea re, quæ vacua fit. vt DOMVM. 1. vo. or. 56.. Siciliā prouinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. NAVES. 1. vo. or. 257. qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam. GENTES. 2. vo. or. 80.. vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus, atq; hominibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. semper de eo, quod inane redditur.

EXIRE. Verbi natura modo vnde discedit, modo quo proficiscitur respicit, id quod fieri etiā videbamus in deducere. ideo cum iis, quæ de loco, & ad locum sunt, verbo recte vtemur, & modo cum præpositione, modo sine. IN MEDIVM. Pl. 4. deinde vtriq; imperatores in medium exeūt, extra turbā ordinū colloquuntur simul. IN COLONIAS. de off. 11.. qui cū vna domo iā capi non possint, in alias domos tāq; in Colonias exeūt. IN SOLitudinē. de off. 24. exisse in solitudinē, atq; ibi sedentē diu secū, multūq; dubitasse. IN VVLGVS. 1. vo. or. 19. nequaq̄ tū similiter oratio mea exire, atq; in vulgus emanare poterit. AB ALIQVO. Ter. 61. à me nescio quis exit. Item. 140. sed meū virū abs te exire video. i. domo mea, domo tua exire. ALIQVID ab aliquo. 1. vo. or. 121. cum omnes perspicerent ad istum, non modo illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, reuertisse. A PATRIA. 3. vo. or. 86.. vtrum bono viro & sapienti optabilius putas, sic exire à patria, vt omnes sui ciues salutem &c. È FINIBVS. Cæ. 2. post eius mortem nihilominus Heluetii id, quod constituerant, facere conantur, vt è finibus suis exeant. DE FINIBVS. Cæ. 1.. & ciuitati persuasit, vt de finibus suis cū omnibus copiis exirent. È VITA. 1. vo. ph. , vt si tolerabiles theatro sint, feramus, sin minus æquo animo è vita, cum ea non placeat, tanq̄ è theatro exeamus. ET DE vita. de off. 98.. quem fuit æquius vt prius introierat in vitam, sic prius exire de vita. È PATRICIIS. 2. vo. or. 220.. sed vt è patriciis exeat, vt Tri. Pl. fieri possit. nam ex patricia gente Tri. plebis non accipiebatur, nisi prius translatus fuisset ad plebem. ÆRE alieno. 3. vo. or. 233.. ô hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, cum venderet aliena. i. debitis liberari. ANNVM. 2. vo. ph. 91.. quinto autem anno exeunte cum esset spes ex illo somnio. i. vertente anno. SORTEM ali. Att. 17.. atq; hoc loco illud non queo præterire, quod cum de consularibus mea prima sors exisset. Item. 1. vo. or. 73.. Ita NOMEN ali. 1. vo. or. 134. cuius nomen exisset.

EXISTERE. Plerūq; de iis rebus est, quæ occultæ erant, cum emergunt, prodeunt, exurgunt, & oriūtur. interdū etiā pro esse significat, idq; cum ponitur cum in præpositione. ALIQ. 2. vo. ph. 92.. atq; delapsus in flumen nusq̄ apparuisses, me contremuisse timore perterritum, tum repente lætum extitisse. Item. 95.. summersus equus voraginibus non extitit. Item. 96. in capite corona statim extitit ex asperis herbis, & agrestibus. AB INFERIS. 1. vo. or. 15. hic ego si Crassi omnes cum Antonii existant, si tu L. Philippe, qui inter illos florebas. i. si ab inferis excitentur. Item. 95.. quid expectas? an dum ab inferis ille malleolus existat, atq;, abs te officia tutelæ, sodalitatis, familiaritatisq; flagitet. OCCVLTVM aliquid. 1. vo. or. 84. hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo non existit, verum etiam opprimit anteq̄ perspicere, atq; explorare potueris. i. apparet, exoritur. SPELVNCA. 1. vo. or. 225. etenim propter est spelunca quædam conuersa ad Aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru extitisse. LACVM. 1. vo. or. 225. lacumq; in eo loco repente extitisse. i. apparuisse. FIDEM in aliquo. 3. vo. or. 222.. si extitisset in rege fides.

EXISTIMARE. Existimare, & æstimare ita diuersa sunt, vt æstimare sit præcialiū rerū. i. q̄ti res quæq; valeat, cōsiderare. existimare vero iudicare neq; enim dicas æstimabā Cæsarē venturū, sed existimabā neq; cōtra, existimare. prædia alic. quanti valeant, sed æstimare. qui vero ita exponunt, æstimare est considerare. existimare, iudicare. non satis differentiam explicare videntur. DE ALIQVO. in fa. 7. sed hæc sententia sic etiam illi & nobis probabatur, vt ex euentu homines de tuo consilio existimaturos videremus. idest iudicaturos ex eo, quod successisset. Item in fa. 38.. simulq; non de me is peius q̄ de te existimet. Item. 27. de nobis id existimari posse non arbitror.

EXOLVERE. Proprie est expedire, liberare, & tam exoluimus quod impedit, q̄ quod impeditur. vt ERVMNAS. Pl. 7.. vno vt labore exolueret erumnas duas. quia vterum gerentes ad munera sua obeunda maxime impeditæ sunt. NOMINA. Att. 255.. noia mea per deos expedi, exolue, bella reliqui. sed opus est diligentia, cohæredibus pro Cluuiano Cal. Sex. persolutum vt sit. idest quod ego debeo, dissolue. nam debitoris nomen quandiu in tabulis est, tandiu obligatum videtur. PROMISSVM. de off. 53.. de tertio autem ge-

nere deinceps se scripsit dicturum, nunc exsolnit, quod promiserat. quia fides obligata est, q̃ diu non præstetur. ALIQ. re aliqua, vt suspitione. Ter. 114.. & me hac suspitione exoluam, & illis morem gessero. Ita ERRORE. Ter. 119. nam illas errore, & te simul suspitione exolues.

EXONERARE. Est onere aliquid leuare, tamq; onus, q̃ quod onus fert, exonerare dicimus. constructio vero est, & re, & ex re aliquid exonerari. METV aliq. Ter. 142. nosq; eius amicos exonerastis metu. quia metus hominem maxime opprimit. EX ALIQVA re aliquid. Pl. 94.. atq; ita profecto, vt eam ex hoc exoneres agro. idest vt eam hinc abducas, quæ erat agro oneri.

EXORARE. Est orando aliquid impetrare, ex enim in hoc verbo rei absolutionem continet, id quod in multis aliis facit, vt in exędificare, exanclare, expugnare, exequi. id quod efficit per in persuadeo. ALIQVID aliquem. Ter. 75. da veniam Chreme, sine te exorem. i. hoc abs te vt impetrem. DE ALIQVO. Pl. 97. de præfacili exoras Epidice. i. libenter tibi gratiam facio.

EXORBERE aliquid, vt sanguinẽ alic. in or. lib. 104. ne iudicio iniquo exorbeať sanguis tuus. ita de multis, quæ ad exorbendum apta sunt. vt liquida omnia.

EXORDIRI. Aliquid a' re aliqua. ad Her. 19.. & exordiri causam a' narratione, aut ab aliqua firma argumentatione. CONSILIVM suum. Pl. 20. atq; ibi consilia exordiar. i. capiam.

EXORIRI. Est surgere authore Sex. vt RATIONEM. de off. 62. exoritur Antipatri ratio ex altera parte. THVCYDIDES. in or. lib. 244. sed exorietur Thucydides. PROMVLGATIONEM. in fa. 4.. subito exorta nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impedirent. NVNC. Att. 117. venit idẽ vsu mihi, qď tu tibi scribis, quoties exorior. ego enim nunc paulũ exorior, & maxime quidem his literis. i. respiro, & quasi suscitor. BELLVM. in fa. 195.. illic enim bellum est exortum. hic pax consecuta. i. repente natum. ALIQVID ab aliquo. Ter. 115.. a Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia. i. profecta sunt.

EXORNARE. Modo ornare, modo fœdare significat, vt ait No. TRICLINIVM. 1. vo. or. 214. ornat ample, magnificeq; triclinium. vide exponere. Ter. 40. ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. NVPTIAS. Pl. 43. repudium rebus paratis, atq; exornatis nuptiis. i. ornatis No. inquit. ALIQVID. Ter. ego'ne si viuam adeo depexum, adeo exornatum reddam, vt dum viuat, meminerit mei. augent sępius de, & ex in compositione, nunc contrarium vtraq; significat. & No. pro fœdare exponit. ACIEM. Sall. 48. quietus vti res postulabat, aciem exornat. nunc est pro instruere.

EXPECTARE. Propria huiusce verbi significatio in mora est. tñ etiã significat obseruare, & sperare. ALIQ. Att. 35.. si hoies trãsitum tẽpestatis expectare potuissent. i. si differre transitum ad placidam nauigationem potuissent. CVRSVM. Att. 71. sed cursum expectabamus. DIEM ex die. Att. 117. quod diem ex die expectabam, vt statuerem. ALIQ. Ter. 125. ita expectarem, vt par fuit. ALIQ. ex re aliq. Att. 2.. nos hinc te ad mensem Ianuarium expectamus ex quodam rumore, aut ex literis tuis ad alios missis. AD ALIQVOD tempus. vide supra. Ita QVOAD. Ter. 125. quid? senem quoad expectatis vestrum. i. quãdo ? ad quem diem? Ita CVM dum, quę particula, vt longe plura in particulis reseruem, maxime cum verbis moram significantibus congruit. Att. 1. de Aufidio, & Pelicano non puto te expectare, dũ scribam. QVID quis velit. Ter. 1. expecto quid velis. i. obseruo vt No. exponit. OMNIA ab aliquo. in fa. 40.. oia volo a' me, & postules, & expectes. i. speres. PARENTEM, seu parentis mortẽ, vtroq; enim modo dicitur, est cum filii patẽtum mortem exoptant, quorũ ipsa mors illis bono futura sit. Ter. 78.. ET TV illum tuum si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius q̃ vbi expectatum eiecisset foras. Item. 96.. illum vt viuat exoptant, meam autem mortem exoptant scilicet.

EXPEDIRE. Vt impedire est aliquid (si licet sequi verbi etymologiam) in pedes ire, ita expedire, est extra pedes ire, quod impedimento erat. verum ad multarum rerum expeditionem transferri in exemplis videbis. dicimus autem & re, & ex re aliquid expedire. CVRA sese. Ter. 141. cura sese expediuit. Ita MOLESTIA. Att. 59.. aut expedies nos omni molestia. EX CRIMINE. Ter. 118.. teq; hoc crimine expedi. VERBO aliquem. Ter. 126.. atq; id (si potes) verbo expedi. ita paucis, ita breui. sed hi ablatiui, vt vides, a superioribus diuersi sunt. EX RE aliqua. Pl. 50. expediui ex seruitute filium. ADITVM. Cæ. 102.. aggere & cratibus aditus expediunt. idest viam muniunt. IRAS. Ter. 107. rem cognosces, iras expedies, rursum in gratiam restitues. i. sedabis. ANIMVM suum. Ter. 107. vix me illinc abstraxi, atq; impeditum in ea expediui animum meũ. SALVTEM. 3. vo. or. 103. vt si vita nostra in ali-

quas

quas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, ant inimicorum incidisset omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. ALIQVID dilucide. Ter.130. dilucide expediui quod me oportuit iudicibus. idest ostendi, demonstraui, declaraui. S. C. Att.70. sed non dubito quin S. C. expeditum sit .i. absolutum, & confectum. NOMINA. Att.255. nomina mea per deos expedi, exolue, bella reliqui. PECVNIAM. in fa.179. pecunia expeditissima quę erat, tibi decreta est.i. quæ ferè erat in manu. ARMA. Cę.82. Cęsar celeriter farcinas cōferri, arma expediri iussit. nunc est parari. CLASSEM. Cæ.202. quod vbi Cæsari nunciatum est, classem iubet expediri, atq; instrui. VIRGAS.1.vo.or. hominem prompi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet.i. proferre. NODVM. Att.81. dum hic nodus expediatur. EXPEDIRE vero aliquid alicui aliud est a superiori. significat enim vtile esse. Ter.59. nam expedit bonas esse nobis.

EXPELLERE Aliquid. Cæ.61. tum fumus incendiorum procul videbatur, quæ res omnem dubitationem adnentus legionum expulit. MEMORIAM. Cę.130. quos ab vrbe discedens Pompeium erat adhortatus, ne noua Cæsaris officia veterum suorū beneficiorū in eos memoriā expelleret.i. ex animo deleret.

EXPENDERE. Est ponderare. Pl.23. at pol ego, qui te expendi scio.i. humeris sustinui. aliquādo quasi contra pendere. Pl.106. hunc hominem decet auro expendi, huic decet statuam statui ex auro.i. ei expendi tantum auri, quantum est eius corporis pondus. aliquando habet diligentem considerationem. r. vo.or.40. nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primum breuiter cognoscite quot & quanta sunt. deinde hæc expendite, atq; æstimate pecunia.

EXPERGEFACERE Aliquid. in or. lib.34.. hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito .i. quasi dormientem excitauit.

EXPERIRI. Cnm iis omnibus, quæ sunt in periculo faciendo apte cōgruit verbi significatio. idq; tam de malo, q̄ de bono. quoniam vero iudicia maxime res decidunt, ideo sæpius modo in voce iudicii, modo absq;, idem tamē significans, reperies, vt A sc.10. cum enumeraret iudicia, quæ pater Scaurus expertus esset.i. quę subisset Scaurus pater. sine iudicii voce. 1.vo. or.12.. mihi autem ad vincēdum satis est, fuisse procuratorē, qui cum experiri posset. Ter.84.. postremo quādo ego conscia mihi sum, a' me culpam esse hanc procul, neq; precium, neq; rem vllam intercessisse, illam, aut me indignā Geta experiar. Item.87.. quapropter nitar, faciam, experiar. vtrobiq; videtur qui loquitur iudiciū minitari. IRACVNDIAM alic. Att.35.. nam iracundiam, atq; intemperantiam illorū sumus experti. VIM ali.2.vo.ph.92. iterum esse idem iussum & monitnm ne vim suam experiri vellet. OPES suas.1.vo.or.2. Nequii studio & cupiditati morem gerūt, & in eiusmodi rebus opes suas experiuntur.i. periculum faciunt quantum valeant potentia, & opibus. FIDEM ali. Pl.49. huius ego experiar fidem, fretus ingenio eius, quod me esse scit erga se beneuolū. DE SE. 3.vo.or.240.. ad eum ire te legarū quis nō miraret? de me experior.i. coniicio de me.

EXPETERE. Proprie est cupere, desyderare, & expetuntnr honesta, planeq; bona, contra tamen nonnunq̄, vt in exemplis. Ter.106. abs te hęc bona expeto. Item.59. minimeq; ita me dii ament, miror, si te sibi quisq; expetit. VITAM. Ter.126.. quod si eō meæ fortunæ redeūt, Pha niū abs te vt distrahar, nulla est mihi vita expetenda. Ita AMICITIAM. Ter.131. Egon tuam expetam amicitiam? Spem. Salutem. Auxilium. Consilium. Ter.8.o Salue Pamphile, ad te venio, spem, salutem, auxilium, consiliū expetens. POENAS ab aliquo. 3.vo.or.82.. a' me quidem etiam pœnas expetisti. MVLTA iniqua. Pl.3.. ergo in seruitute mnlta expetunt iniqua. nunc est pro accidere, vt ait No. VITAM ali. 3.vo or.149.. non expetere vitam, non capitis arcessere.

EXPIARE. Est aliquid admissum aliquo modo purgare. RELIGIONEM. 1.vo.or.177. sed & religiones deorum immortalium expiandæ. Item.3.vo.or.115.. cuius supplicio senatus, religiones expiandas sæpe censuit. quas contaminarat Clodius. SANGVINEM sanguine. Sall. 85.. neq; barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum. CÆDEM cæde. vide supra. EGESTATEM. 3.vo.or.260. quid tādem huius censetis vrbis, quam ille ad expiandas egestates latrocinii sui concupiuit. quasi egestas Antonii scelus fuerit. SCELERA in aliquo. 3. vo.or.98. tua scelera dii immortales in nostros milites expiauerunt.

EXPIRARE. Dictum est, vel a' spiritu effuso, vel respiraminib. inquit No. ANIMAM. Cę.246. qui dum anima nondum expirata concidisset, impetu facto in cubiculum &c.

EXPISCARI. 3. vo. or. nihil expiscatus est. Ter.130. proinde expiscare, quasi non nosses.

EXPLANARE Aliquid. Ter.130.. quem animum tuū ais fuisse, istum explana mihi.i. dic, narra.

EXPLERE. Inter hoc verbum explere, & satiare hanc differentiam facit No. Mar. vt sit expleri aliquid plenum reddi. satiari, supra modum & abundātiam. alterum tamen pro altero sępius poni videri. VOLVPTATEM suam. Ter.102. nā

nemo illorum quisq̄ scito ad te venit, quin ita paret sese abs te, vt blanditiis suis quam minimo precio suam voluptatem expleant. EXPECTATIONEM. in or. lib. 102. ea si paulo latius dixeris, expleris omnē expectationem diuturni desyderii nostri. SENTENTIAS. in or. lib. 219. nihilo tamen aptius explet, concluditq; sententias. ALIQ. scribendo. in fa. 18. nō enim vereor ne non scribendo te expleā. ANIMVM gaudio. Ter. 8.. vt metum, in quo nunc est, adimam, atq; expleā animū gaudio. Itē. 4.. dum tempus ad eam rem tulit, siui animum vt expleret suum. Item. 118. LEGIONES numero. Sall. 23. ac breui spatio legiones numero hominum expleuerat. i. cōpleuerat, confecerat. MVNERIBVS aliq. Sal. 31. quis præcipit vti primū veteres amicos magnis munerib. expleant. DIVITIIS aliq. Sall. 19.. neq; prius finis iugulandi fuit, q̄ Sylla omnes suos diuitiis expleuit. FAMEM. 2. vo. or. 225.. neq; porrō illa manus, copięq; Catilinæ cemētis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturas putauerunt. i. saturare. vt sitim. LOCVM. Cę. 133. ac tātum in latitudinem patebat, vt tres instructæ cohortes eum locum explerent. i. occuparent, implerent. MVRI altitudinem. Cæ. 83.. sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur. i. iusta murus altitudine ducatur. LIBIDINEM. 3. vo. or. 47.. cum hac siquis adolescens forte fuerit, vtrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator: expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? idest satiare. SITIM. de off. 82. quas qdē sic auide atripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. vt famem. INIMICITIAS. ad Her. 34.. nullius mœror, & calamitas istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. Item. 40.. RIMAS. in or. lib. 220. neq; inferciens verba, quasi rimas expleat. ne hiet oratio prouidere debet orator, non tamen in rimis orationis explēdis verba ea interponi debent, quæ tantum rimas explere videantur. id quod dixit inferire.

EXPLICARE. Proprie de iis rebus, quę plicis inuolutæ sunt, dictum est. sed perapte ad quicquid obscurum, ac difficile est, transfertur. VESTEM. in or. lib. 98. tāq̄ in aliquam locupletē ac refertam domū venerim non explicata veste, neq; proposito argento, neq; tabulis, neq; signis propalā collocatis. VOLVMEN. 1. vo. or. 35. audiet, veniat modo, explicet suum volumen illud. quod ei planū facere possum Erutium conscripsisse. MANDATVM. Att. 212. mea mandata (vt scribis) explica. i. expedi exequere. NOMEN. Att. 214.. si Faberius nomen illud explicat. i. si dissoluit quod debet. debebat enim Faberius, quod ipse Cicero paulo infra etiam dicit. si Faberium explicas, emamus vel magno. SOLVTIONEM. Att. 247. tamen nisi explicata solutione non sum discessurus. NEGOCIVM. Att. 71. sed ante quam proficiscare vtiq; explicatum sit illud. Item. 74. nostra autem negocia (quoniam Romæ commoraris) amabo te, explica, cui rei fugerat me rescribere. Item in fa. 114. nunc est absoluere. REM. Att. 37. illud tibi persuadeas velim omnia mihi fore explicata, si te videro. i. expedita, plana. REM frumentariam. Cæ. 105.. legiones quartādecimā & sextam ex hybernis ab arare educit, quas ibi collocatis explicandæ rei frumentariæ causa superiore commentario demonstratum est. idest vt per eas faciliorem haberent rem frumentariam. CAVSAM. 1. vo. or. 24. totam causam Iud. explicemus, atque ante oculos expositam consideremus. VITAM ali. 1. vo. or. 59. in mentem tibi non venit, quid negocii sit causam publicam sustinere, vitam alterius totam explicare. ALIQVID. Att. 30.. illud tamen explicare nō possum, quidnam inueniri possit nullo recusante ad facultatem agrariam. i. elicere non possum. RATIONEM. de off. 4. quiq; etiam acutissime & celerrime potest & videre & explicare rationem, is prudētissimus & sapiētissimus haberi solet. PHILOSOPHIAM. Att. 219.. qd me hortaris, vt eos dies ↄsumā in philosophia explicāda. i. i scribēdo aliqd planiꝰ de philosophia. MONIMENTVM. Att. 66.. monimentū illud qd tollere laudibꝰ solebas, vt forū laxaremus, & vsq; ad atriū libertatis explicaremus contēpsimus sexagies HS. &c. est amplius aliqd reddere. VRBEM. 2. vo. or. 85.. præ sua Capua planissimo in loco explicata, ac p̄illis semitis irridebunt. i. disposita, descripta.

EXPLODERE. Est cū plausu aliqd eiicere, quod in fabulis maxime fiebat. & explodi, siue eiici dicebatur fabula, cum non placebat, cum vero placuisset, stare dicebat. vt in or. lib. 106. at Esopus si paulum irrauuerit, explodi. SENTENTIAM. 1. vo. ph. 129.. iam explosæ, eiecteq; sententiæ. Item de off. 2.

EXPLORARE. Est diligenter inquirere, quoniā vero quæ diligenter nobis obseruata sunt, certa & plana esse solēt, ideo fit, vt exploratū pro certo passim ponatur. AFRICAM. 2. vo. or. 10.. qui Siciliam adiit, Africam explorauit. Itē Sall. 63.. sed Marius impigre, prudenterq; suorum & hostium pariter attēdere, cognoscere, quid boni vtrisq;, aut cōtra esset. explorare itinera regū, cōsilia & insidias eorū anteuenire. VICTORIAM. Cę. 92. cū sine duce, & sine equitatu deprehēsis hostibꝰ exploratā victoriā di-

nuisisset,

mississet, ne parum modo detrimentũ in contentione propter iniquitatem loci acciperet. Ter.38. ego limis aspecto sic per flabellũ clãculum, simul alia circũspecto satis ne explorata sint. i. tuta. Ita in habere exploratum.

EXPOLIARE Aliquẽ re aliqua. SELECTIONE aliq. I. vo. ph. 73.. vt eam rerum selectione expoliarent.

EXPONERE. Nullum me Hercule verbum est, quod tam apte ad diuersa transferatur, q̃ hoc verbũ exponere. nam quoquo hoc torqueas, ita proprie te sequitur, vt nusquam transferri, sed semp in sua proprietate permanere videatur. vt, quemadmodũ multa soleo proteos appellare, hoc cameleontẽ possim recte noiare. ARGENTVM. I. vo. or. 207. cum essent Triclinia strata, argentũq; expositũ. Item. 214. exornat ample magnificeq; triclinium, exponit ea, quibus abũdabat, plurima ac pulcherrima vasa argentea. nunc est proponere ad videndum ornatus causa. CAVSAM. vide ante oculos. Itẽ in fa. 205. ANTE oculos aliq. I. vo. or. 14. totã cãm Iud. explicemus, atq; ante oculos expositam cõsideremus. Ita IN OCVLIS. I. vo. or. 59. in mentem tibi non venit quid negotii sit, causam publicam sustinere? vitam alterius totam explicare? atq; eam non modo in animis, sed etiam in oculis, conspectuq; omniũ exponere? IN CONSPECTV. vide in oculis. IN ANIMIS. vide in oculis. CONSILIVM suũ. I. vo. or. 153. exponam vobis breuiter consilium, & profectionis, & reuersionis meæ. i. aperiam. EX MEMORIA aliquid. I. vo. or. 13.. & quoniam nondum est scriptum Senatus Consultum, ex memoria vobis Quirites, quid senatus censuerit exponam. huius contrarium est de scripto dicere. MANDATVM. in fa. 170. tuaq; mihi mandata libentissime exposuit, & literas dedit. IN TERRAM aliq. Cæ. 129. hic venientem Vticam cum nauibus Tuberonem portu, atq; oppido prohibet, neq; affectum valetudine filium exponere in terrã patitur, sed sublatis anchoris excedere eo loco cogit. 166.. noctu militib⁹ & sagittariis in terram expositis pręsidium equitum deiecit. Ita AD LOCVM aliq. Att. 2. signa, quę nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. nos ea nõ vidimus. GNATVM. Ter. 64.. is, q cum exposita est gnata. Item Ter. 64.. minime, sed hic erat anus Corinthia haud ĩpura, ei dedi exponẽdã. Vt si quid explices videndum, aut mandatum, aut causam exponas, aut de naui efferas aliqd, aut liberos etiam in viis abiicias, per hoc verbum proprie dici videas. No. vero etiam pro ostentare exempla boni Ci. testimonio poni cõprobat. qui ita ait. I. vo. ph. frangere auaritiam, scelera ponere, vitam suã exponere ad imitandum iuuentuti.

EXPORGERE. Est porro agere, exporrigere. FRONTEM. Ter. 95. mitte iam istæc, da te hodie mihi, exporge frontẽ. nunc signum est lætitiæ, contra vero est contrahere, quod tamen magis signum est adimitationis. vt suo loco.

EXPOSTVLARE. Vt diu quęras, bonorũq; omnium volumina diligenter verses, nunq̃ verbi huius vsum, nisi cum apud eum, qui nos iniuria affecerit conquerimur, inuenies. neq; enim vnquam boni de ea iniuria, quam a me accepissent, tecum expostularent. vt non parum mirer Lau. Vall. verbi proprietatem non animaduertisse, presertim cum & Do. id admonuerit. in qua expositione illud etiam addit. postulare vero esse de altero apud alterum. ego fateor obseruasse postulare de aliquo, verum de re sępius, & rem semp esse ad Iudices, vt in postulare potest videri. nam dicere Cęsar de tua iniuria mecũ postulauit, fortasse recte, quia Don. ait. ego magis per quæri illud idem dicerem. dicimus vero aliquid, & de aliqua re, cum aliquo, & alicui expostulare. vt INIVRIAM. ter. 15.. adeam ne ad eum, & cum eo iniuriam hãc expostulẽ? Item in fa. 28. sed locus videtur esse tecum expostulandi. DE RE. in fa. 41. de qua alienum tempus est mihi tecum expostulãdi. Item. 61. qui nihil tecũ de iis ipsis rebus expostulẽ. Pl. 154. tum obstetrix expostulauit mihi, parum missum sibi. vides etiã mihi nõ mecũ.

EXPRIMERE. Modo est aliquid premẽdo extrahere, modo habet rei planam ac certam significationem. a vini factoribus verbũ factum videri potest. quod premendis. s. vuis extrahitur. ALIQVID ab aliquo. I. vo. or. 177.. & cum in ius ipsum eduxi, expressi, vt conficere tabulas se negaret. PECVNIAM. I. vo. or. 142. nullam pecuniam statuarum nominæ nisi vi expressam. etiam vi additum est. Ita Att. 19. tu si tuis blanditiis tamen a Sicioniis numulorũ aliquid expresseris. 3. vo. or. 70. quo ille postq̃ nihil exprimere ab egẽnib⁹ potuit. VERBVM de verbo. I. vo. ph. 9. quod, vt dixi, verbũ de verbo exprimentes, compressionem dicemus. SOCRATEM. I. vo. ph. 145. vt cum Socratem expressisset, adiũgeret Pythagorã. VITAM. alic. I. vo. or. 48. in huius moribus natura, vitaq; est expressa. VIM. I. vo. ph. 41. q nõ verba, sed vim græcorũ expresserũt poetarũ. VVLTVS ali. in fa. 201. vult⁹ mehercule tuos mihi expressit oẽs, non solũ animũ, ac verba protulit. ANIMOS. in or. lib. 20.. vt omniũ personarũ sensus, atq; animos voce exprimamus. SENSVS. vide animos. LIBERALITatẽ vultu. in fa. 205. id facie. si oẽ genus liberalitatis. qd & ab humanitat.

& potestate tua proficisci poterit non modo
re, sed etiam verbis, vultu deniq; expresseris.
TVRRES. Cæ.83.. quantum has quotidianus
ager expresserat, commissis suarum turrium
malis adæquabant. nunc est tollere, altius ali-
quid efficere. quasi terra educere.

EXPROBRARE. In eo tantum vsus est verbi, cũ
alicui beneficia à nobis in eum collata, quasi
eorum immemori cõmemoramus. Ter.2. nam
istæc cõmemoratio quasi exprobratio est im-
memoris beneficii. OFFICIA. de off. 109..
odiosum sanè genus hominum officia expro
brantium.

EXPROMERE. Est qd maxime recõditũ sit, pfer-
re. ALIQVID. Pl.107. nequius nihil est q̃ egẽs
cõsilii seruus, nisi habet pectus multipotẽs, vbi
cũq; vsus sit, pectore expromat. MEMORIAM.
Ter.17. misis nũc opus est, tua mihi ad hanc tẽ
exprõpta memoria, atq; astutia. ASTVTIAM.
vide memoriam. ODIVM. Att.29.. deinde suũ
Memmii, Metelli, nepotis exprompsit odium.
ALIQVID. in or.lib.167. hic ego laudari igi-
tur eloquẽtiã, & quãta vis sit eius expromere.

EXPVERE. Expuere inquit Donatus est pus ex-
tra mittere, super illud. Ter.32.. quasi vbi illam
expuerit miseriam.

EXPVGNARE. Vt oppugnare est vi omni anni-
ti, vt vincamus, ita expugnare est pugnando
vincere, recteq; ab oppidis ad quędã alia trãs-
fertur. LEGATIONEM. 1.vo.or.85. O Dii im-
mortales quanta iste cupiditate, quib. allega-
tionibus illam sibi legationem expugnauit.
PVDICITIAM. 3.vo.or.47.. cum hac siquis
adolescens forte fuerit, vtrum hic tibi L. Herẽ-
ni adulter, an amator? expugnare pudicitiam,
an explere libidinem voluisse videatur?

EXPVNGERE Aliqd. NOMEN. Pl.83. nũc quod
reliquum restat volo persoluere, vt expũgatur
nomẽ, nequid debeam. i. deleri. tolli, abstergi.
à spongia factum est verbum, qua literæ, &
pictura deleri solet.

EXPVRGARE Aliquid. in or.lib.188. quo magis
expurgãdus est sermo. SE. Ter. sine me expur
gem. Sall.11. postremo dissimulandi causa, &
quasi sui expurgandi &c.

EXPVTARE Aliquid. in fa.159. & ad cogitatio-
nem consulatus bimestris summo cum terro-
re hominum, & insulsa cum efflagitatione trã
stulerint, exputare non possum. i. coniicere, iu-
dicare, exprimere non possum.

EXQVIRERE. Vt ex cogitare est cogitãdo ali-
quid inuenire, ita exquirere est quærendo ali-
quid inuestigare. vtrũq; vero rei diligentẽ ha-
bet inquisitionem. SVPPLICIVM. de off.72.
neq; vero ignorabat se ad crudelissimum sup-
plicium hostem, & ad exquisita supplicia pro-
ficisci. HONORES alicui. 3.vo.or.192. iis sena-
tus arbitratur singulares exquirendos hono-
res. ALIQVID ad rationem alicuius rei. 1.vo.
or.202. dicet aliquis noli isto modo agere cũ
Verre, noli facta ad antiquę religionis ratio-
nem exquirere.

EXSCRIBERE Est idẽ, qđ describere. 1.vo.or.
quasi exscribẽdi prãtẽ non habẽr. Itẽ adhibe-
bantur exscribẽdo viri primarii. Itẽ in fa.265..
multum enim mihi eripitur horæ in exscri-
bendis hypomnematis.

EXSECARE. Quasi iure quodam suo verbũ hoc
illud sibi sumpsit, vt de virilib. tãtum dicatur.
Cę.216.. nam neq; interfectis amissam vitã, neq;
exectis virilitatem restituere posse.

EXSICCARE. Lagenas. in fa.266.. plane te rogo,
sicut olim matrem nostrã facere memini, quę
lagenas etiã inanes obsignabat, ne dicerentur
aliquę inanes fuisse, quę furtim eẽnt exsiccatæ.

EXSVSCITARE Aliquid aliqua re. ad Her.20.
cum sermone animum eius retinet, ac exsusci
tat clamore. MEMORIAM. ad Her.22.. si natu
ralem memoriã exsuscitauerimus hac nota-
tione. NATVRAM. ad Her.23. docet ergo, se
natura vulgari & vsitata re nõ exsuscitari, noui
tate vero, & isigni quodã negocio cõmoueri.

FXTARE. Est quasi extra stare, si compositionẽ
dissoluas, vt capita trabium in ædibus, quæ ex
tra parietes se protendunt. sed ad ea transfer-
tur maxime, quæ conseruata sunt, cũ aut amit
ti potuissent, aut etiam pars eorum amissa sint,
vt Catonis adhuc extat oratio, est cum cæteræ
.s. Catonis orationes perierint, non autem nũc
extat. i. eminet. OPVS. Att.25. sed tamen, vt iu-
bes curabo, vt huius peregrinationis tibi o-
pus extet. i. appareat. Item.26.

EXTENDERE Aliquid vti. ÆTATEM. Pl.104.
ibi suam ætatem extendebant, non in latebri-
cosis locis. i. q̃ longa erat ducebant.

EXTENTARE Aliquid. vt VIRES. Pl.106. quid
istuc est, quænam istæc est pultatio, quæ te ma
la crux exagitat, qui ad istum modum alieno
vires tuas extentes ostio.

EXTENVARE Aliquid. vt ERROREM. 1.vo.ph.
117.. qui si error stultis extenuatur die. Ita do-
lorem. 202. sensim enim, & pedetẽtim progre-
diens extenuatur dolor. Ita SPEM. Att.44..
quod ad te scripseram me in Epiro futurũ po-
steaq̃ extenuari spem nostram, & euanescere
vidi &c. MOLESTIAS. 1.vo.ph.198. quæ cogi
tatio vna maxime molestias omnes extenuat,
& diluit. SVMPTVM. 2.vo.ph.182. extenuato
igitur sumptu, tribus riciniis, & vinculis pur-
puræ &c. SVSPITIONEM. ad Her.8. deinde
vnamquãq; suspitionem extenuabimus.

EXTERMINARE Aliq. re, & de aliq. re.
de off.61.

de off.61.eosq; exterminant. REMP. 2.vo.or. 201.itaq; neq; rep. exterminata mihi locum in hac vrbe esse duxi. item.211. VRBEM. 3.vo.or. 4..exterminãdum cum illa vrbe curauit. ALIQVEM aliquo loco. 2.vol.ph.14.,Atheniensium iussu vrbe,atq; agro est exterminatus, libriq; eius in concione combusti. DE CIVITATE. 3.vo.or.65..atq; vtinam qui vbiq; sunt propugnatores huius imperii,possent in hanc ciuitatem venire, & cõtra oppugnatores reip. de ciuitate exterminari. AVTHORITATEM. 3.vo.or.69..vt non ante attigerint, q̃ hunc ordinem condemnarint, q̃ authoritatem vestrã e' ciuitate exterminarint.

EXTEXERE Est detexere,contra enim significat ex,nunc in compositione,vt etiam in exornare interdum. ALIQVID. Pl.101.extexam ego illum pulchre.

EXTILLARE. Est guttatim aliq. fluere.extillant vero oculi alicui,& extillat lachrimis aliquis, non autem lachrimas transitiue fortasse recte. ALIQVID. Ter.145. hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo, Vt ne restinguas,lachrimis si extillaueris .i. si totus in lachrimas eas. OCVLOS alicui.Pl.191..oculi vt extillent facit.

EXTINGVERE. Ea proprie extingui solent,quæ incensa sunt, tum etiam, quæ aliquid luminis habent.vti in singulis exẽplis demonstrabitur. IGNEM. de off.92. fenum autẽ sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis extinguitur. INCENDIVM.in fa.56..quibus nos olim adiutoribus illud incendiũ extinximus. LVMEN. in fa.47..sed tamen & Cęsar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem, & prudentiã, & dignitatem tuã. AMICITIAM. de off.110.. vt extinctæ potius amicitiæ,q̃ oppressæ,videantur.quia ab amando,amor enim ardor est, vnde etiã ardere aliquem. CONSVETVDINEM. 3. volu.ora.50.. sinautem iam suberat simultas,extincta erat consuetudo,dissidium extiterat.Ita FAMILIARITATEM. de off.103. non modo familiaritates extingui solere. ANIMAM. Ter.83..seni animã primum extinguerem ipsi. quia lumen pręstat corpori, q̃diu in eo habitat. vel quia illi vis ignea est. BELLVM. in fa.159.vide reliq. belli. quia armis oĩa feruent, ideo & exardere bello. CENSVRAM. 2. vol. or.257..sustulit duas leges Heliam & fusiã maxime reip.salutares, censuram extinxit, intercessionem remouit. quia est dignitas. CRIMEN. 1.vo.or.258..non posse verrem testes interficiendo crimina sua extinguere.quia ad famam pertinet crimen,fama autẽ nihil clarius, vnde etiam fons,q, eius fama fonet. DISSENSIONEM. in fa.179.. neq; bellum vnq̃ ciuile, aut etiam causam dissentionis probaui, quam etiam nascentem extingui summe studui. quia partem habet belli, affertq; incendium. FORMAM. Ter.124..vt ni vis boni in ipa inesset forma,hęc formam extinguerent. quia inde nascitur amor, qui exurit amãtium corda. vel qa per se splẽdorẽ habet pulchritudo.ad Her.31.. dixit formæ dignitatem extinguere. DIGNITATEM. in or.32..vide deflorescere dignitatẽ. quia elucere honorem dicitur. FVROREM.3.vo.ora.108..vnum sentitis omnes, vnum studetis.M. Antonii conatus auertere a rep.furorem extinguere, opprimere audaciã. quia ex ita nascit furor, & ex furore incẽdiũ pugnæ.GRATIAM.in fa.2..gratiam autẽ nostram extinguit hoium suspitio.quia qui gratiosi sunt,q̃ maxime in ea re noti sunt. HOMINEM.3.vo.or.54..nolite iud.aut hunc natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro &c. quia tota vita est calor, lumẽ. Ita PVERVM. Ter.118. INFAMIAM. 1.vol. or.143. cum eorum nominibus in statuarum inscriptione positis, omnem te sperabas inuidiam,atq; infamiam tuam extinguere posse. INIMICITIAS. 3.vo.or.73..quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, q̃ lucullorum, atq; seruiliorum?quas in viris fortissimis non solum extinxit reipu.dignitas & ipsorum,sed etiã ad amicitiam cõsuetudinem introduxit. quia exercẽt animũ inimicitię, & omnia agitata calorem cõcipiunt,vel quia discordia est. vt bellum,simultas. IVS.3.vo.or.22..extingui ius necesse est.quia in eo quid rectũ,quid honestũ sit elucet. MEMORIAM ali.re.3.vol.or. 115..q ædẽ nympharũ incẽdit,vt memoriã publicam recẽsionis tabulis publicis impressam extingueret.quia nobis ad preterita quasi cęreum prefert. ANIMVM.Mentem.de off.84. nec vero corpori solum subueniẽdum est,sed etiã menti,atq; animo multo magis,nãq; hæc quoq; nisi tanq̃ lumini oleum instilles extinguuntur senectute.quia maxime hęc in homine lucent. NOMEN.PO.RO.2.vo.or.119..qui delere imperium,qui po.Ro.nomẽ extinguere.quia ad famam pertinet.ODIVM.att.135. & odia improboꝝ rursus in nos,quæ iam extincta erant incẽdamus.quia inde inimicitię existunt. SCRIPTA. 1.vol.or.143..vt si posset, quæ antea scripserat, ea plane extinguere. qa scripta rei lumen afferunt. RELIGIONEM. 1. vo.or.85..fuit illa cupiditas tanta,quæ tantam extingueret religionem. quia animorum hominum de deorũ opinione quasi testimoniũ pręberet,vel quia in ea hominũ animus feruet. RVMOREM. Att.38.de regina rumor extin-

guef. quia famæ est similis. SALVTEM. 3. vo. or. 102.. nunquã existimaui spem vllam esse ha bituros milonis inimicos ad eius non salutẽ modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. vt vita, quę fere idẽ sunt. SENATVM. de off. 52.. extincto. n. sena/ tu, delectisq́ iudiciis, quid est quod dignũ no bis aut in curia, aut in foro agere possimus. qa suprema est dignitas. vide dignitatem. RELI QVIAS belli. in fa. 159.. si interest id quod ho mines arbitrãt reip. te vt instituisti, atq̃ fecisti nauare operã, rebusq́ maximis, quæ ad extin guendas reliquias belli pertinent, interesse, ni hil videris melius neq̃ honestius facere posse.

EXTOLLERE. Lombos. Pl. 99. plaudite, valete, lũ bos extollite, atq̃ exurgite. vt facere solẽt, qui diutius sederint, cum surgunt, manus desten/ dunt, & totum corpus distorquent.

EXTORQVERE. Est ui aliquid ab aliquo au ferre. 3. vol. ora. 139. suam citius abiiciet hu manitatem, quã'm extorquebit tuam. i. is po tius inhumanus fiet, q̃ ab te tuam auferat hu manitatẽ. VERITATEM. in or. li. 212. cũ mihi extorta veritas esset. ERROREM. de off. 95. neq̃ mihi hunc errorem, quo ego delector, dum viuo, extorqueri volo. SENTENTIAS. in or. lib. 115.. qui anteq̃ sententias de manibus iudicum vi quadam extorsimus &c.

EXTRAHERE. & in longum aliquid extrahitur, & ex aliq̃ re. REM. in fa. 4. res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis. i. in lon/ gum ducta est. DIEM. Cæ. Catonem vero ac/ cerrime repugnantem ex pristina consuetu/ dine dicendi mora dies extrahentem, vt &c. SE ALICVNDE. Ter. 103. quæ neq̃ vnde vi tem scio, neque quomodo me exinde extra/ ham. AQVAM, scitulam, & simile quid, e' pu teo. Pl. 235.. nimio minus altus puteus visus est, q̃ prius, vt sine labore extraxi hanc præfestine satis. VRBEM ex periculo. 3. vo. or. 5. vrbem se natus atq̃ omnes boni, deprehensis, atq̃ op/ pressis domesticis hostibus, me duce ex pericu lis maximis extraxissent.

EXTRVDERE aliq. aliquo & alicunde. Ter. 56.. nec quicquã magis metuo, q̃ ne denuo miser aliquo extrudat hinc. Item Ter. 104. eo aman/ rem inuitũ Pamphilum extrudit pater.

EXTRVERE aliquid. in hoc verbo, ex. eam rei absolutionem seruat, quam in exædifico. vt in exemplis. AGGEREM in altitudinẽ. Cæ. 145. quibus comparatis rebus aggerem in altitu/ dinem pedum octoginta extruit. Item turres. Cæ. 175.. Pompeius noctu magnis addiris mu nitionibus, reliquis diebus turres extruxit in altitudinem pedum. xv. ÆDIFICIVM. 3. vol. or. 115.. domino trans ripam inspectante non dubitauit ædificium extruere in alieno. i. ædi/ ficationẽ etiam absoluere. MENSAM. Pl. 191. cereales cœnas dat, ita mensas extruit. de off. 86. i. instituit. ALTITVDINEM. 1. vol. ph. 141.. Age nũc luci noster extrue animo altitudinẽ, excellentiáq́ virtutũ. i. cum oculis intueri nõ possis, animo concipias virtutũ altitudinem.

EXTVRBARE. Deturbare est deorsum cũ violẽ tia aliq. deiicere, exturbare est e loco eũ in mo dum deiicere, disturbare dissipãdo, diruẽdoq́ disiicere, & rem, & ex re aliquid exturbamus. TABERNAM. Asc. 14. etiam si subeũda esset pœna, exturbari tabernam iussit. RE SVA aliq. 1. volu. ora. 17. miserum est exturbari for/ tunis omnibus, miserius est iniuria.

E' POSSESSIONE aliq. 2. vo. or. 180.. quem ex turbare homines e' possessionibus, cædem fa/ cere vicinorum, spoliare phana sociorum. EX AGRIS. 2. vol. or. 82.. sic enim dico, si cãpanus ager diuidatur, exturbari & expelli plebem ex agris. OCVLOS alic. Pl. 203.. non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigie exturbo oculos, atq̃ dentes. DENTES. vide oculos.

EXVERE Aliquem aliqua re. CLASSE. Sall. 83.. mari exui classe pulcherrima. IMPERIO, Glo ria, Iure. Sal. 75.. PO. RO. pauloante gẽtium mo derator, exutus imperio, gloria, iure.

EXVLARE Aliquẽ & absolute & aliquo loco. nusq̃ ego adhuc legi aliquẽ a' Cæsare exulare. de off. 121.. vt si in opertum bonę deę accessis/ ses, exulares. DOMO. Ter. 38. perii nam domo exulo. Ita PATRIA. Sall. 32. nunc vero exul domo, patria.

EXVLCERARE, Factum. videtur ab vlcere, vt sit exulcerare, exacerbate. transferturq́ recte ad quædam similia. ANIMVM. 3. vo. or. 145. vt in exulcerato animo facile fictum crimen in/ sideret. GRATIAM ali. in or. lib. 178.. vti ea nõ modo non exulcerare vestrã gratiam, sed etiã conciliare videatur. ALIQ. in fa. 2.. vt in re/ bus multo anteq̃ profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeii clam exul/ ceratis.

EXVLTARE. In re aliq. 1. vo. ph. 189. at Cymbri, & celtiberi in præliis exultant.

EXVRERE Aliquid ex aliqua re. EX ANIMO aliq. 2. vo. ph. 61. mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos. i. prorsus eximi.

EXVRGERE Aliquid in fa. 181.. tamẽ authorita te vestra resp. exurget, i. merget ex his malis.

EXVPERARE Aliquem re aliqua. vt ANIMA aliquem. 2. vo. or. 203.. quapropter memoriam vestri beneficii, beneuolentia sempiterna, non solũ dũ anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monumenta vestri in'me bñficii per/ manebunt. i. dum viuam.

F

FABRICARE. Ego in hoc verbo eam cũ vocis, tum ẽt significatiõis varietatẽ animaduerto, quam adhuc in nullo alio attendi. vt & fabricare, & fabricari, in morem actiuorum. item fabricari more deponentis, boni authores arbitratu suo protulerint. vt SIGNA. de off. 30. vt enim pictores & ii, qui signa fabricant. &c. Itẽ. 1. vo. ph. 5.. propterea quod nihil esset clarius ἐνάργεια .i. vt gręci, pspicuitatem, aut eui dẽtiã nos si placet nominemus, fabricemusq́ si opus erit, verba. vbi etiam vides verba fabricare. sed iam ad passiuum. MVNDVM. 2. vo. ph. 198. & globosus est fabricatus. longe a' superiori pendet, & passiue positũ esse nemo negabit. in deponentali vero tertia illa significatione idẽ Ci. 2. vo. ph. 3.. vt ea ipsa dii immortales ad vsum hominũ fabricati penẽ videantur. Item. 1. vo. ph. 9. quanto quasi artificio natura fabricata eẽt primum animal omne. &c.

FABVLARE. Aliq. alic. Pl. 184. mortuo verba fabulare nunc.

FACERE.

EX IIS, quæ tria verba esse dicebã in latino sermone maxime dominari, iam ad alterũ ventum est, quod est facere, de quo quidem verbo (quando in agere qd hæc duo verba inter se differrent dictum est) nihil est, quod aliud agã, q̃ vt per eius latas regiões te statim ducã, atq́ vniuersũ eius ĩperiũ tibi vel regionatim ex ordine cõmonstrẽ, id qd nũc exequar. ac vt in tanta exemplorũ copia in quęrẽdo laborẽ tibi nõ leuem adimã, literarũ ordinẽ sequar, quem paulo ẽt ante in verbo esse seruaui.

FACERE Abhortum est partum edere mortuũ. Do. supet illud. Ter. 110. dicam abhortum esse. inquit nõ est latinũ abortum est, sed abhortũ facit. ABSCESsum. Cel. 17. sed tum in superioribus partibus fit abscessus. ACCESSIOnem, Cæ. 110. magnas odii sui fecerat accessiones. 1. vo. ph. 59. in fa. 149. itẽ. 154.. ACTIONEM. Asc. 26. quãquã neq́ accusauerit, neq́ fecerit actionem. AD EXemplũ aliq. Pl. 155. fit pol illud ad illud exemplum. 2. vo. ph. 197. AD LIBIDINẽ alicuius aliq. fieri. 1. vo. or. 88.. homo factus ad istius libidines. AD Voluntatẽ. ad nutum alicuius aliquid fieri. Cæ. 11. si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem eius facta sit. ADITũ ad aliquid. in or. lib. 101.. uestibula nimirum honesta, aditusq́ ad causam faciet illustres.

ADMIRABILITATEM. de off. 40.. ergo & hæc animi despiciẽtia admirabilitatem facit. ADMISsurã de re rusti. 46. quãdiu admissura fit. itẽ. 48. admissurã cum faciunt. est operã da re soboli. in brutis maxime. ADMIRATIONEM. 1. vo. or. 257. fit clamor, & admiratio populi. ADMVRMVRATIONEM. 1. vo. or. 74.. factus est in eo strepitus. & grata cõcionis admurmuratio. ADOPTIONEM. 2. vo. or. 220.. nego istam adoptionem põtificio iure factã. ADVOCATIONES aliquo. 1. vo. or. 102.. quo sepenumero senatus conuocatur, quo maximarum rerum frequentissime quotidie aduocationes fiunt. ÆQVI boniq́. Ter. 68. ceterũ equidem istuc chreme æqui boniq́ facio. ex verbis Terentii dicendi figura illud significare videtur, quod vulgo dicunt, a' buona fine. verũ apud Plautũ. 59. est qd' ęquũ bonũq́ fit. nam aliud verbum adiunctum habent duo illa verba. sic enim inquit. Neq́ quicquã queo æqui boniq́ ab eo imperare. ÆQVItatẽ. s. verba hęc coniuncta significant. Sall. 41. fit reus magis ex æquo & bono, q̃ ex iure gentiũ Bomilcar comes eius, qui Romã fide publica venerat. ÆGRE alicui. Ter. 38.. voluit facere cõtra huic ęgre. i. quod ei molestum esset. ÆRARIVM aliq. Asc. 40. qui plebeius in ceritũ tabulas referretur, & ærarius fieret. Erat autem ærarium fieri, vt ex asconio eodẽ in loco, atq́ ex Gellio lib. iiii. ca. xx. coniici potest, cum qs ob vitæ vitiũ censore, cuius hoc munus proprium fuit, notabatur. qui postea cum mulctã dissoluisset, aut aliquo modo se purgasset, tũc ex ęrario eximi dicebatur. ÆS Alienum. Att. 210. ex quibus mihi etiã æs alienum faciundũ puto. ÆSTIMATIONEM. Cæ. 144.. militibus æqua facta æstimatione pecuniam pro his rebus soluit. ALIENATIONEM. in or. lib. 210. an quibus verbis sacrorũ alienatio fiat. ALIENVM re aliqua. in fa. 91.. facisq́ nihil alienum necessitudine nostra, iudiciisq́ pr̃is tui de me summi viri. ALICVI quid. 1. vo. or. 116.. quid huic hoĩ facias? 256.. quid cleomeni fiet? Att. 101.. quid enim tibi faciam qui illos libros de uorauisti. hucusq́ per datiuum, iam per ablatiuum. Ter. 17. qd me fiet? 220. quid illo fit factum. 54.. quin. n. incertũ est qd se faciat. in fa. 233. quid puero misero fiet? ALTERCATIONES. Att. 61.. abfuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero nõ moleste. ANHELITVM. 2. vo. ph. 132.. vnde anhelitus ille terrę fieret, quo pythia mente incitata oracula ederet. ARGENTARIAM. 1. vo. or. 287. & Romę Argentariam non ignobilem fecit. itẽ de off. 63.. ARGENTVM. Ter. 135.. venio ad hoiem, vt dicerẽ opus esse argento, & id quo pacto fieret. i. inueniret. ARTem ludicrã. Pl. 41. continuo meum cor cœpit artẽ facere ludicram. ARVSPICINAM. in fa. 91.. cũ qui hodie aruspicinam facerent, in senatu Romę legerentur. AVDIENTIAM. in or. lib. 41. illi prę

INIICERE. qui in verbi proprietate iactus é manifestus, idem in trãslatis etiam retinetur, vt omnino violẽtius sit iniicere desperationem, cupiditatem, cogitationem, & in cæteris huius modi, q̃ dare, q̃ afferre. construendi vero ratio est. vt aliquid alicui, & ad aliquid dicamus. AMENTIAM alicui. 3. vo. or. 188.. necvero eadẽ ira deorũ hãc eius satellitibus iniecit amentiã. CATHENAS alicui. 1. vo. or. 257. iste hominibus miseris, inocentibusq; iniici cathenas imperat. CAVSAM. 1. vo. or. 285. se iniecturos vobis causam deliberãdi, & iudicãdi iustam morã, ac religionẽ. COGITATIONEM alicui de aliqua re. Att. 101. quod si ista nobis cogitatio de triũpho iniecta nõ esset, quã tu quoq; approbas. CVRAM alicui. Ter. 93. itaq; adeo magnã mihi iniecit sua commoditate curam. CVPIDITATEM alicui. in fa. 172. quãtamq; cupiditatẽ hominibus iniecit nouitas, nõ te fugit. DVBITATIONEM. 2. vo. or. 33.. hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quędã dubitatio, q̃dnam esset actum. DESPERATIONEM alicui. 2. vo. or. 136. quib. rebus qui timor bonis omnibus iniectis sit, quantaq; desperatio reip. si ille factus esset, nolite a me cõmoneri velle. FORMIDINEM alicui. 1. vo. or. 162. iste æquissimus homo formidinẽ illam suam miseris egyrinẽsibus iniiciebat. est formidolosum aliquem efficere. FRVSTRATIONem alicui. Pl. 12. atq; i horum familiam frustrationem hodie iniiciã maximam. est eum frustra habere. FVGAM alicui. Pl. 188. tum fugam & metum perduellibus meis iniiciã. est eos fugere cogere. IGNES alic. rei. 3. vo. ph. 84. & capitolinis iniecit sedibus ignes. ita de multis ad hũc modũ, quæ iactum patiũtur. MENTEM. 3. vo. or. 118. cui primũ mẽtẽ iniecit, vt vi irritare, ferroq; lacessere fortissimum virum auderet. IN SERMONE aliquid. in fa. 194. qui cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam visere. est interloquendum aliquid extra sermonem susceptum inferre. MANVM alicui. 1. vo. or. 53. ipsa mihi veritas manũ iniecit. i. apprehendit. MANVM vero iniicere, vt sit per vim aliquid ab eo auferre. Budeus vir summo ingenio, ac de literis vndiq; optime meritus, negat recẽtiores vllo ãtiquo exẽplo vsurpare. latini. n. afferre manus, vel etiam iferre potius iquit dicebãt. ego a tãto viro de hac locutione admonitus, diligẽter animum attẽdi, si eam apud veteres vspiam animaduertere possem. quod in Plauto vno in loco videor obseruasse. 281. post. id ego in te manũ iniiciam quadrupus venefica. vbi videtur minari se per vim quadruplum ab ea ablaturum. Illum vero locũ. 35. nemini credo qui large blãdus diues é pauperi, vbi man⁹ iniicit benigne ibi aliquã onerat zamiã. exponere possumus. porrigere manũ. ab eo, quod supra dixit altera manu fert lapidẽ, panem ostẽtat altera. METVM alicui. Att. 306.. eo metu iniecto repente magna querimonia omniũ discessimus. 1. vo. or. 122. est eum timere cogere. PERICVLVM. rei alic. 2. vo. or. 293. etenim recuperatores non ea sola vis est, quę ad corpus nostrum, vitãq; peruenit, sed etiam multo maior ea, quę periculo mortis iniecto, formidine animũ perterritũ loco sæpe, & certo de statu dimouet. é eũ mortis periculo obiicere. PLAGAM alic. 2. vo. or. 131.. atq; ex omnibus illa plaga é iniecta petitioni tuę nõ tacẽte me maxima. SECVRIM alic. rei. 2. vo. or. 135. sed tamẽ serui, quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? i. quãtum putas nocuisse? sed per securim quasi dicit Seruium petitionem suam decolasse. SCRVPVLVM alicui. 2. vo. or. 33. hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædã dubitatio quidnam esset actum. Ter. 81. scrupulum iniici, est

dare ei, quãobrē dubitet. SPEM alicui. Att. 154. Bruto cum spem iniecissem de ἱμέτερα nõ perinde atq; ego putaram accipere visus est. Item. 49.. est ei spem afferre. TIMOREM. 2. vo. or. 136. quibus rebus qui timor bonis oibus iniectus sit, vt metum supra. VERBA alicui. Ter. 71. nam vbi desponsam nuntiasti filio, continuo iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet sponsæ vestem, aurum, ancillas opus esse, argentum vt dares. scilicet hęc sunt iniecta. AD ALIQVID. 1. vo. or. 140.. nisi vero existimatis hominē pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectum ad tam incredibile crimen.

INIVNGERE. Hoc sane verbo in hac significatione, qua est imponere, neq; Cęsarē, neq; Ciceronē vsos esse vsq; reperi, sed imponere semp. DETRIMENTVM alicui. in fa. 174. tñ si quo etiā casu Hisarā se traiecerint, nequid detrimēti reip. iniungāt, summa ã nobis opera dabitur. epistola est D. Bruti. ONVS. Cæ. 106. ita quantum hibernorum opportunitas, belliq; ratio postulabat, perpetuo suo labore inuicē legionibus expeditionum onus iniungebat. SERVITVTĒ alicui. Cę. 100.. atq; his æternam iniungere seruitutē. MORAM alicui. Cæ. 108.. nec sibi vllius rei morā, necessitatēq; iniūgebāt. NECESSITATĒ alic. rei. vide morā. sed est Hircius vbiq;.

INNASCI Aliquid alicui. Cæ. 89.. impellit alios auaritia, alios iracundia & temeritas, quæ maxime illi hominū generi est innata. VECORDIĀ alicui. Ter. 5. tāta vecordia inata cuiq; vt fiet.

INNOVARE Se aliq. ad aliq. 3. vo. or. 99. quo te modo ad tuā intēperātiā innouasti sceleratè.

INOSCVRARE Aliquid. 3. vo. or. 212. nulla eius legationis posteritatē inobscurabit obliuio.

INQVINARE. Est aliquid stercore oblinere. nā cunire, vnde inquinare, est stercus facere. inquinamus vero aliquid aliqua re. 1. vo. or. 29.. nisi oibus flagitiis vita inqnata. SE ORE, lingua, manu, vita. 3. vo. or. 54. ore, lingua, manu, vita oi inquinatū. Ita AMICITIĀ re aliqua. 2. vo. or. 259.. quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. AGROS possessoribus turpissimis. 3. vo. or. 168.. quos iste agros ereptos reip. turpissimis possessoribus inquinauit.

INQVIRERE. In se. in or. lib. 191. nimium tamē inquirens in se, atq; ipse sese obseruans. &c. i. nimium seuere sese obseruans, & in se nimis diligens erat.

INQVIT. in or. lib. 109.. nihil sane inquit catule. Item eodem in loco quater, & sæpius, & creberrime in dialogis.

INQVIBAT. In or. lib. 224.. nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat Gallus noster.

INSANIRE. Est mēte alienari. ad exēplū alic. Pl. 168. verū ad hoc exēplū nunq;, vt nunc insanio .i. ad hūc modū. CVM ratione aliq. Ter. 26. incerta hæc si te postules ratione certa facere, nihilo plus ages, q̃ si des operam, vt cum ratione insanias. prouerbialis sententia est, in ea, quæ fieri nullo modo possunt. SPONTE sua aliquem. Ter. 16.. age si hic non insanit satis sua sponte, instiga. i. per se.

INSCENDERE. In aliq. Pl. 41. illuc præcurram, atq; inscendam aliquam in arborem.

INSCRIBERE. Est inscriptione aliqua aliquid significare. LIBRVM. 1. vo. ph. 4. nec se tenuit, quin contra suum doctorē librum etiam ederet, qui sosus inscribitur. ita liber appellabatur ex inscriptione. EPISTOLAM alicui, quod recentiores vulgo faciunt in exteriori folii parte, quod appellant suprascriptum. Att. 93. Quintus Ci. puer legit, vt opinor, certe epistolam inscriptam patri suo. i. quæ patri suo veniebat. ALIQVID mercede. Ter. 53.. iscripsi illico ędes mercedē, quasi talenta ad quindecim coegi. locationem ædium significat, non autem liberam venditionem. IN FRONTEM. 2. vo. or. 103.. sit deniq; inscriptum in frontem, vniuscuiusq;, quid de Rep. sentiat.

INSECTARI Aliquid. Att. 177.. ibi forum agit, cum ego sum in prouincia, quam eius iniuriā nō insector. ita LEVITATĒ. Att. 10.. quomodo sum insectatus leuitatem senum. i. diuexaui.

INSEQVI Aliquem aliqua re. Att. 230.. sed homines beneuolos, qualescūq; sunt, graue est insequi contumelia. i. prosequi. in or. lib. 168. deniq; insecutus est hunc proximo seculo Themistocles. i. subsecutus est.

INSERERE. Propria arborum est insitio, transfertur tamen ad quædam alia. vt MANVS in sinum alicui. Ter. 62.. vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere? OPINIONEM. in or. lib. 205.. hæc modo perstringit, modo irrepit in sensus, inserit nouas opiniones, euellit insitas. ODIVM animis. 2. vo. or. 256.. inest hoc tēpore haud obscurū odiū, atq; id insitum penitus, & inustum animis hominum amplissimorum. Item. 69.

INSERVIRE Alicui sæpius, interdum etiam aliquem. Pl. 117. matronæ, non meretricū est vnū inseruire amantem. Item. 117. si illum inseruibis solū. sed vetustate iampridē se ipsa abrogauit dicēdi figura. HONORIBVS. de off. 33.. postea q; honoribus inseruire cœpi. i. operā dare.

INSIDERE Aliquid in re aliqua. in or. lib. 159.. ex eo est, quod nihil quisq̃ vnq̃ me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. i. quod nō penitus memoriæ mihi inhęserit. nunc enim maxime ita anget. SVSPITIONEM alicui. 3. vo. or. 114.. si tibi ita penitus

nitus insedisset ista suspitio,nullo vt euelli mo do posset.

INSIDIARI. Alicui. Ter.102. hiscine tu amabo non contra insidiabere.

INSIMVLARE. Est crimen in aliquem confingere inquit Sex.Pomp. Donatus vero ait.insimulare est crimen ingerere. insimulatio est & falsi & veri criminis incusatio. AVARITIÆ aliquem. Ter.130.si herum insimulabis auaritiæ, male audies. etsi malitiæ Aldus legerit. PROBRI aliquem. Pl.152. quodq; cõcubinam herilem insimulare ausus es probri pudicam, neq; summi flagitii. ALIQVID alic.Pl.12..nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collubitum fiet meo viro me insimulare falsum facinus tam malum.quo in loco ego cum Pylade magis mi legerem,pro mihi,vbi me nũc legitur, nam insimulare aliquem aliquid admodum rarum,& fortasse insusitatũ. PRODITIONIS aliquem.Cæ.82..Vercingetorix, cum ad suos redisset proditionis insimulatus,q; castra propius Romanos mouisset. EX RE aliqua.2.vo.or.56..vt is ex ferrula insimulatus, & a puero cõscio est indicatus.interdum est pro suo simplici, vt multa alia composita. Pl.222.. non metuo pater,verum insimulari nolo.i.fingi,vt vendar.Item.219..

INSINVARE. A sinu seu hominis,seu fluminis parte factum est verbum insinuo. cuius forma quoniam incurua est, ideo etiam insinuare,quasi quodam modo non recta via aliquid agere,plerũq; significare videtur.vnde insinuatio apud rhetores, quæ est oratio dissimulatione,& circuitione obscure subiens auditoris animum.vsus autẽ est,se in,& ad aliquid,& cũ aliquo insinuare. SE IN consuetudinem alicuius.in fa.57..nam & amplectar eius familiares, qui me admodum diligunt, multumq; mecũ sunt,& in ipsius consuetudinem,quam adhuc meus pudor mihi clausit,insinuabo.ita IN FAMILIARITATẼ.1.vo.or.183.. videtis,vt moneat Aproniũ, quibus rebus,ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli? IN SERMONEM alicuius.2.vo.or.68.cum familiaritet me in eorum sermonem insinuarem,ac darem,celabar, excludebar. IN PHILOSOPHIAM antiquam. 1.vo.ph.135.etsi Zeno Citięus aduena quidam, & ignobilis verborum opifex insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. SE IN turmas equitum. Cę.46.genus hoc est ex essedis pugnæ,primo per omnes partes perequitant, & tela coniiciunt, atq; ipso terrore equorũ, & strepitu rotarum ordines plerũq; perturbãt,& cum se inter equitum turmas insinuauere, ex essedis desiliũt,& pedites pręliantur. AD ALIQVID. Pl.147..insinuat sese ad illam amicam heri mei. AD CAVSAM. ad Her.1.. his rebus nos insinuabimus ad causam. CVM aliquo in rem aliq.Pl.82.inde in amicitiam insinuauit cũ matre,& mecũ simul. SE ALIQVEM. de off. 114..callidus ille & occultus ne se insinuet,studiose cauendum est. SE ALIQ. Cæ.29.celeriter dato loco cum se insinuasset, sinistra corripit eum,dextraq; bis ferit pugione. nunc est se inclinare,& quasi in sinum demitti,flecti.

INSISTERE. Proprie de iis est,quę in motu sũt, cum consistunt,& tunc intrãsitiue ponitur. cũ vero pro persequi,ingredi,capere,& quibusdã aliis trãsitiue vsurpatur,& tum rem insistimus, & in rem ẽt dixit Plautus. AMBITVM. in or. lib.217..insistit aũt ambitus modis plurib^9&c. ORATIONEM. in or.li.217. vt tãq in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis, absolutisq; sententiis. FACERE aliq. Pl.52. videsis Egio, nequid tu huic temere insistas credere. ideft certum credas. MVNVS. in or.lib.159.quonam igitur modo tantum munus insistemus,vt arbitremur nos hãc vim numerose dicẽdi cõsequi posse?idest persequemur. RATIONEM alic.rei.Cę.32..neq; fatis Bruto,qui classi pręerat,vel tribunis militũ, centurionibusq;,quibus singulę naues erãt attributæ,constabat, quid agerent,aut quam rationem pugnæ insisterent. idest caperent. VIAM. Pl.155. erro quam insistas viam. idest capias, ingrediaris. Item Ter.31. ET VIA. Ter.126..sed vbi Antiphonẽ reperiam? aut qua quærere insistam via? idest quam viam prius capiam ad eum quærendum. IN DOLOS. Pl. 150.age nunc iam insiste in dolos.i.aggredere.

INSPICERE Aliquid in aliquid. Ter.86. deniq; inspicere tãq in speculum, vitas hominum iubeo,atq; ex aliis sumere exẽplum sibi. IN PATINAS. Ter.86 postremo tãq in speculum in patinas Demea inspicere iubeo.

INSTARE. Modo est pro aliquid iã adesse,modo pro vrgere, & contendere. & dicimus alicui aliquid alicui,& aliquem instare. IVDICIVM. 1. vo.or.70. vrgebant comitia. & his ipsis oppugnabar grandi pecunia,instabat iudiciũ. LVDOS ex Afc.3. instant post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimiq; ludi. ITER. 2.vo.ph.93. itaq; quanquam iter instaret.i.mox eundum esset. PERICVLVM ab aliquo alicui. in fa.176.. veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere,& tibi ab iis instare periculum. TERRÆMOTVS. 2.vo.ph. 103.. qui cum vidisset haustam aquam de iugi puteo terręmotus dixit instare. PROPE aliqd. Ter.83..neq; quod partus instabat prope. ALICVI. 1.vo.or.6.quoniã tibi instat Hortẽsius.i. vrget.Item.286..qua re aut muta actionem,aut

noli mihi instare vt iudicem.i.tantopere contendere a' me,vt iudicē. AGERE aliquid. I.VO. or.178..instat scandalius poscere recuperatores .i.magnopere poscit. non intermittit poscere. VIAM rectam.Pl.20.rectam instat viam.i.recta insistit via. ALIQVID aliquem.Pl.210..Dii immortales meum herum seruatū volunt,& hūc disperditum Lenonem,tantum instat eum exitii.vt quasi sit dictum, tantum in eum stat exitii.quā dicendi figuram ego sane', vt nimis veterem, deuitarem. INSTARE factum. Pl.168. Ter.4.vbi Do.exponit instat dicere factum.

INSTAVRARE. Ad instar dictū est inquit Sex. Pompeius,cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.caueasq; dicas restaurare. CAEDEM.2.VO.or.214. & tibi gladiatorib9 tuis instaurandę cædis potestatem non fecisse. CENSVM.Asc.72..quorum annorum spatio instaurari census solet. INCENDIA. Sall.78.. qui rapinas & incendia instaurare cupiunt. PROSCRIPTIONEM. I.VO.or.44.ne noua,& multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. RELIQVIAS rei.3.VO.or.73. si succeditur,periculum sit,ne instauratas belli reliquias,ac renouatas audiamus. RAPINAS. vide incēdia. SCELVS. I.VO.or.68.in Cn.Dolobellam scelus suum illud pristinū renouauit, & instaurauit quęstoriū. SACRIFICIVM. Att. 7.idq; sacrificium cum virgines instaurassent.

INSTIGARE Aliq.Ter.16..age si hic nō satis sua sponte insanit,instiga.i.incitatus est. ad Her. 21.si quam rem docere eos, & vehementer instigare velimus.

INSTILLARE Aliqd alicui. de off.84. nāq; hæc quoq; nisi tanquam lumini oleum instiles,extinguntur senectute.

INSTITVERE. In plerisq; initium rei significat, aliquando magis ordinem,seu dispositionem respicit,nec non etiam pro præcipere ponitur. REM aliq.in fa.67.neq; tamen hæc cum scribebā,erā nescius,quantis oneribus premerere susceptarū retū,& iam institutarū.i.incepturū. AGERE causam.I.VO.or.150. nunc tractare causam instituimus frumētariam. AMICITIAM. in fa.39..illud quod pollice ris,velim pro tua fide diligentiaq;,& pro nostra non instituta,sed iam inuete rata amicitia cures,enitare.&c. MVNITIONES. Cæ.97. eius munitionis, quæ ab Romanis instituebatur,circuitus.XI. M. Passinum tenebat. Ita opus.97.. opere instituto fit equestre prælium. OFFICINAS armorū. Cæ. 195.nec minus in vrbe maximæ armorū erant institutæ officinæ. ANIMVM ad aliquid agēdum.Ter.127..ita sum iratus, animū vt nequeā ad cogitandum instituere. ACTIONEM.2.VO. or.129.tu actionem instituis,ille aciem instruit. est in suas partes totam actionem distribuere. CODICEM. I.VO.or.45..quid attinet codicem instituere? conscribere? ordinem conseruare? CONSILIVM. Ter.129..cedo senem, iam instituta sunt mihi consilia omnia.i.disposita. Ita IN ANIMO aliquid.Ter.77.vah quēquam ne hominū in animo instituere, aut parare, quod sit carius,q̄ ipse est sibi?ideft constituere. ORATIONEM cum aliquo. I.VO.ph.145. audi igitur inquit Luci. tecum enim,vt ait Theophrastus,mihi instituēda oratio est.i.habēda. SVMPTVS alicui. 2. VO.or.153. crimen autem tum videri solet cum aliquis sumptus instituit eos, qui antea nō erāt instituti.i.imperat. VITAM. Ter.2..sapienter vitā instituit.i.recte,& prudenter vixit. HONORES alicui.Sal.58. Carthaginiēses in eo loco Philenis fratribus aras consecrauere,aliiq; illis domu honores instituti.i.decreti. RE ALIQVA aliquē.I.VO.or.85.. si in pueritia nō his artibus,& disciplinis institutus eras. est imbui artibus,& disciplinis. Item in or.lib. 167..sed non tam armis institutus, q̄ palæstra.

INSTRVERE. Modo est parare,modo in ordinem disponere,interdum erudire,docere.quibus autem vocibus, & quomodo hæ significationes sese cōmunicent,aliqua ex parte exempla cōmostrabūt. ACIEM.2.VO.or.129.tu actionem instituis, ille aciē instruit. Item in fa.162. Ita COHORTES. Cæ.108..Cęsar viginti cohortibus instructis,castrisq; eo loco metatis,muniri iubet castra. Ita COPIAS. Cæ.82. copias omnes in loco edito, atq; aperto instruxerunt. AVXILIA. Sall.78. auxilia palam instruebantur. Ita in or.lib.184.nam cum tardus in cogitando,tum in instruēdo dissipatus fuit. NAVES. Cæ.204.in quo multæ naues instructæ funditoribus, & sagittariis nostros impugnabant.i. a' funditoribus,& sagittariis paratę. HORTOS. de off.63..impetrat,emit hortos cupidus,& locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos.i.omnibus rebus, q̄ ad hortos ptinent,maxime paratos. ALIQVD aliqua re. Sall.23. sed ex oi copia circiter pars quarta erat militarib9 armis instructa.i.armata. Item in or.lib.197.aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis. Item.I.VO.ph. 54.de cætero vellem equidem,aut ipse doctrinis fuisset instructior. AD ALIQVID. Att.71. instruar etiam idoneis consiliis ad hoc nostrū negocium.Ter.60.quam ea nunc instructa pulchre ad perniciē siet.I.VO.ph.76. erit enim instructus ad mortem contemnendam.

INSVERE. In rem aliquid.Att.300.nescio quod scribis cupisse te,quoniam Smyrnæ duos my sios insuisses in culeum. Item.I.VO.or.23. Culleus vero modo,& equuleus legitur. vt. I.VO. ph.230..

ph.130..vide coniicere in equuleum. No. Item culleum exponit, & modo masculinum, modo neutrum fuisse exemplis probat.

INSVEFACERE. Notum est quid sit. Cæ.44. & equos insuefactos incitaret.

INSVMERE Aliquid in aliquem. Att.77. Vt nullus terentius insumatur in quenquam.

INSVLTARE. Calcibus aliq. Ter.31. sine biduū hoc prætereat, q mihi vno digitulo fores aperis forturatus, nę tu istas faxo calcibus sępe insultabis frustra. i. calcibus pultabis. IN ALIqd. 2.vo.ph. tū in eū maxime, q ita peperit hominē sine arte, sine literis insultātē in oēs, sine acumine vllo, sine authoritate, sine lepore. Itē Sall. multos tñ ab adolescētia bonos insultauit. est contumeliosius in aliquem dicere.

INSVSSVRRARE. In aures, & ad aures alicui. Att.291. non in quas ficte, & simulate quæstus causa insussurretur. 1.vo.or.257.. atq; cū videat sedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, vt solitus erat, insussurrate.

INTEGRASCEre. Est ad itegrū reddire. ANImū. ī or.li.47..sic animus defessus audiēdo, & admiratione integratur, aut risu renouatur. MALVM. Ter.16.. Vah perii, hoc malū integrascit.

INTENDERE. Verbū a' venatorib' trāslatū esse DO. dicit sup illud. Ter.61..intēdēda in senē est fallacia. Itē.17..repudio cōsiliū, qđ primū intēderā. verū est & vbi nihil habet insidiarū, seq; ad ppositionis vim accōmodat. vt in exēplis. CORPVS. 1.vo.ph.187. sed quia in profundēda voce omne corpus intendunt, venitq; plaga vehemētior. Ita DIGITVM ad aliqd. in or. li.102. &, vt fieri solet, digitū ad fontē intēderā. qđ est indicare. OCVLOS. 2.vo.or.150.. sed cōtra iudices vos oro, & obtestor, vt totā cām q maxime intētis oculis (vt aiūt) acerrime cōtēplemini. Ita in or. lib.163. ACIEM. 1.vo.ph.217. atq; idē ita acrē in oēs partes aciē intēdit. &c. ANIMVM. 1.vo.ph.29. faciā eqdē, sed intento opus est aio, ne oia dilabant, si vnū aliquod effugerit. ANIMVM ad aliqd. Sall.44..ad bellū, qđ gesturus erat, aium intēdit. ANIMū in aliqd. Sall.34..in regnū Adherbalis aium itēdit. qđ Ci. dicit oculos adiicere alicui rei. CVPIDItatē aliquo.3.vo.or.205..quò cupiditatē infinitā cū imani crudelitate iāpridē intēdit Antonius. i. id vnū impotēter cōcupit. LITEM alicui. in or.li.88..tū singulæ familiæ tibi litē intēderēt. i. te in iudiciū vocarēt. nūc.n. in ɔtra significat. PERIculū. Att.33..multa me solicitāt, & ex reip. tāto motu, & ex his periculis, q mihi ipsi intēdunt. Itē.1.vo.or.8. 19. EST ēt vbi pro instare siue cōtēdere ponit. Ter.36. hāc se intēdit eē. i fa.3. pxima erat Hortēsii snia, cui lupus Tr. Pl. qđ ipse de Pōpeio retulisset, intēdere cœpit, añ se oportere discessionē facere, q̄ Coss. i. cōtēdere, & instare cœpit. vbi cui non est apud eū. sed in eius dānū, vt pleriq; datiuorū. nā qui cū legūt, ipsi viderint. mō conari, seu pponere. in or.lib.92.. & id, qđ intēderemus cōfirmare. pro tendere, seu dirigere, iter. Ter. dixit.8.. sed vbi quęrā: aut quo nunc primum intendam.

INTELLIGERE. In aliq̄ re.1.vo.or.222. tāetsi nō tā multū i istis reb' itelligo. Itē.200..est ei' rei sciaz callerē. vulgo ēt dr iūēdersi bē di q̄lla cosa

INTENTARE. Est q̄si in faciē alicui' minitādo aliqd obiicere. Asc.25. ita vt mors intentaret, si mox nō desisterēt. SICAM.3.vo.or. itaq; qñ illius postea sica, quā a' Catilina acceperat, cōquieuit, hæc intentata nobis est. FACES.1.vo. ph. is ardētes faces intētat. SERVOS.3.vo. or. intentauit seruos non armat non vim.

INTERCALARE. In fa.116. quia de intercalādo nō obtinuerat. quod ad intercalādi rōnē attinet, nihil est, quod a' me expectes, cū a' Macrobio oia tibi petere possis. sed ne vix verbū attigisse videamur. LOCVM eius. in fa.90..& vbi est nō nihil mēdi, atq; etiā diligētioris expositionis opus, explicabimus. verba Ci. sunt. ego idē tñ cū ad II. Calēdas itercalares priores rogatu fratrū tuorū venissem mane ad Cæsarē. & q̄ sequunt. manifestū mēdū est statim in II. Cal. nemo. n. vnq̄ ex bonis ita locut' est. idq; ex ea rōne, quā mox afferā, cēseo esse corrigēdū. VI. Cal. vbi etiā vides in scriptura, q̄ nō multū differāt duæ illæ supiores virgulæ, ad VI. sed cū cognoris qd ego intelligā priores intercalares, facile spero tibi cætera cōprobari. cū igit intercalaris mēsis bis sexto cal. reciperet, necesse erat, vt inter eas bis sexto Cal. notā aliquā apponerēt, q. s. alteras ab alteris discerneret. id aūt hoc mō effecerūt, vt eas sex. Cal. q̄ pręcederēt, priores appellarēt, q̄ subseq̄rent, posteriores. & si de posterioribus exēplū nō habeo, sed priorū tm̄ rōne id asseq videor. Ita vt VI. Cal. itercalares priores legēdū sit, significetq; illas VI. Cal. quę p̄cedūt, qq; legitimę, & certæ erāt.

INTERCEDERE. Est aliquid inter aliquid cedere. quod modo fauorem, modo contra significat. constructio vero nunc est cum quibusdam præpositionibus, modo cum datiuo, præsertim cum de aliqua re constituenda agitur, vt in ferēdis legibus, in dicēda sentētia, & in similib'. PRECIVM. Ter.84..postremo qñ ego cōscia mihi sum a' me culpā esse hāc procul, neq; preciū, neq; rē vllā intercessisse. CVM aliquo aliquid.1.vo.or.8. ad vadimoniū nō venerat, vt ais, is, q cū tibi affinitas, societas, oēs deniq; causæ, & necessitudines veteres intercedebant. IN GRATIAM. in fa.14.. de Vatinio aūt primū reditus intercesserat in gratiā p Pō-

m

peiũ statim. INTER aliq. Ter.107..vnde ira inter eas intercessit, quę tam pmansit diu. quẽad modũ amicitiã, familiaritatẽ, querimoniã inter aliq. Att.270. DISSENSIOnẽ. de Off.210. aut in reip. partibus dissensio intercesserit. PRO aliquo dictũ. in fa.16. cp & Q. frater meus legatus est Cęsaris, & nullũ meũ minimũ dictũ nõ mõ factũ pro Cæsare intercessit. ALIQVID alicui. Ter.23. nã mihi immortalitas parta est, si nulla ęgritudo huic gaudio itercesserit. i. iteruenerit, obfuerit. LEGI. Att.10..q dũ veritus est, ne Fusius ei legi intercederet, q̃ ex Se.C. ferebat. Itẽ. 64.. 2.vo.or.72. Ita AVTHOritati Senat⁹. in fa. 3..cui cũ Cato, & Cãninius itercessissent, tñ est pscripta. SENTENtiæ alicuius. in fa.151. meæq; sniæ, q̃ secũda pnũciata erat, cũ freques assentiret senatus, rogatu Seruilii, P. Titius intercessit. DE ALIQVA re. in fa.3..de his rebus pridie, q̃ hæc scripsi Senatus authoritas grauissima intercesserat. vulgo intermettere. in fa.7. PRO aliquo aliqd. Att.85. adscribit ẽt, & q̃si calcar admouet, intercessisse se pro iis magnã pecuniã. vbi trãsitiue positũ vides, qd admodũ rarũ est.

INTERCIPERE Aliquid. Att.7..vt, aut interire, aut aperire, aut itercipi possint. i. literę. Ter.26.. nã qd nos capere oportet, hęc itercipit. Do. ait, q̃si totũ capit. vt Pl. dixit, q̃ sola iterbibere Corinthiẽse; fontẽ, & Pyreneũ põt. iter. n. pticula pter ppriã naturã, aliqñ adauget. vt in itermina ri. Ter.12. intermori. 3.vo.or.82. iternecare. Pl.3.

INTERCLVDERE. Est q̃si iter claudere. & aliq. re aliq̃, & a re aliq̃, & aliqd alicui. 2.vo.or.201. flumine sanguinis meũ redditũ intercludẽdũ putauerũt. Ita Cę.35..cõmeatib⁹ nr̃os itercludere isistũt. Itẽ.8. sine eo, qd re frumẽtaria itercludere posse cõsiderẽt. ALIQVEM ab aliq̃ re. Cę. 77. vt Cęsar ab exercitu intercludat. ITER. Cę. 29..neq; subsidio veniri, neq; cõmeatus supportari interclusis itineribus posset. Item.140. Ita VIAS. 2.vo.or.91. intercludere oĩs seditionum vias. FVGAM alicui. Cæ.80. atq; itinerũ angustiæ multitudini fugam intercluserant.

INTERDICERE. Lau. Vall. tã exacte psecut⁹ est, qd ad hui⁹ verbi cõstructionẽ attinet, vt nihil addi possit, qd totũ supuacaneũ nõ videat. nos duo exẽpla in eã sniam tñ adducim⁹, q̃ est, & aquã, & ignẽ alicui iterdici, ẽt vsurpari solere. SACRIficiis aliquẽ. Cæ.68..siq aut priuat⁹, aut populus, eorũ decreto nõ stetit, sacrificiis iterdicũt. Cæ.16.. oĩ Gallia Romanis interdixisset. AQVA & igni alic. 3.vo.or.157. q̃ iubẽt ei, q de vi. itẽq; ei, q maiestatis dãnatus sit, aq̃. & igni interdici. ET AQVAM, & ignẽ. 2.vo.or.222..vt M. Tullio aqua, & ignis interdicat. Ita PRÆMIũ. 3.vo.or.60. q se opponat periculis nõ mõ nullo pposito p̃mio, sed ẽt iterdicto. i or.li.103. neq;. n. est iterdictũ, aut a rerũ natura, aut a lege aliq̃. ET NE qd facias. Ter.113..iterdico ne extulisse extra ędes puerũ vsq̃ velis. nũc ẽ phibere.

INTERESSE. Modo vtilitatẽ, idq; cũ impsonaliter pfert. mõ pñtiã aliqñ simplicẽ, aliqñ ei⁹ rei qua deagit, participẽ. interdũ differẽtiã significat. quarũ trium significationũ, q̃ varia sit ↄstructio, exẽplis facile cognoscet. AD ALIqd. Att.171..neq; ad id, qd q̃ris multũ interest. AD LAVdẽ. in fa.67..eqdẽ ad nostrã laudẽ nõ multũ video iteresse. AD NECESsitudinẽ. i fa. 29..magni. n. videbat iteresse ad eã necessitudinẽ, quã nobis sors tribuisset, ↄsuetudinẽ quoq; accedere. AD REM. 1.vo.or.25..& certe ad rẽ nihil itersit, vtrũ huic ego comicũ adolescẽtẽ, an aliquẽ ex agro &c. QVANTi. Ser. Sulpiti⁹ apud Gelliũ.65..q̃tiq; itersuerat eã vxorẽ accipi, aut dari. &c. MAGNI. 1.vo.or.165. magni sua putabãt iteresse. ita mea, tua, de cuius ↄstructionis rõne grãmaticorũ oium pleni sunt libri. ALICVI rei. 1.vo.ph. cũ C. Triarius in primis grauis, & doctus adolescens ei disputationi interesset. CONSIliis. in fa.128..& simul ostẽtaui me istis eẽ familiarẽ, & ↄsiliis eorũ iteresse. REBVS gerẽdis. i fa.52..itaq; neq; tu multũ itersuisti reb⁹ gerẽdis. & ego id semp egi ne interessem. IN RE. 1.vo.or.97. qb⁹ ego in reb⁹ intersui. itẽ.276.. q in re nõ itersuistis. Itẽ. 1.vo.or.75. CVM aliquo aliq. 2.vo.or.207. cũ hoc hoie, aut cũ stipite Æthiope si in foro cõstitisses, nihil crederes interesse. INTER aliq. Ter.85..nimiũ inter vos Demea, ac nõ qa ades pñs dico hoc, pernimiũ iterest. itẽ Att.14.. Ter.77. hoc pr̃ ac dñs iterest. Itẽ.29..Dii imortales hoi hõ qd pręstat? stulto intelligẽs? qd interest? veteres inqt Do. sic loq̃bant Ci. hoc idẽ p differre dixit. 2.vo.or.83. q̃si vero paulũ differat ager Cãpanus, ac stellatis.

INTERFICERE. Est de medio tollere. qd verbũ, & occidere veteres vehementi authoritate ad inanimata ẽt trãstulerũt. FERRVM rubiginẽ M. Cato apud Gell.151..ferrũ si exerceas cõteritur, si non exerceas, tamen rubigo interficit.

INTERIMERE Aliq. alic. Pl.173. dispetii, nam illæc interemit modo me oratio.

INTERIRE. Est de iis, quę funditus pereũt. BENEFICIũ. Pl.207. malo si benefacias, id beneficiũ interit. bono siqd malefacias, ætatẽ expetit. DATVM dixit Ci. ad Att.295. cũq; id qd dabit, nõ eẽt iteriturũ. LEGES. 3.vo.or.196. possunt'ne hę leges ratę esse sine interitu legũ reliquarũ? LITEras. Att.7..sũt aũt post discessũ a me tuũ res dignę lr̃is nr̃is, sed nõ cõmittẽdę eiusmodi piculo, vt aut interire, aut aperiri, aut itercipi possint. ORDInes. Sal.78..cuius in vrbẽ reditu decus, atq; ordines oẽs interierunt. i. prorsus sublati sunt. VSVM rei alicuius. Cæ.149..suorumq;

rũq; tormẽtorũ vsum,qb⁹ipsi magna sperauiſſent spacio ꝓpinquitatis interire.i.tormẽta nulli vsui esse. ALIQVID in nihilum.1.vo.ph.44. eoq; etiam interire,nõ in nihilum, sed in suas partes. SINE dolore aliquid. Att.35.. vt posse videremur sine dolore interire.

INTERIICERE Aliquid alicui,& inter aliquos. SPATIVM. Cę.82.indignãtes milites Cęsar,ꝙ cõspectũ suũ hostes ferre possent tãtulo spatio iterieɛto.&c. ALIQVID.Cę.87..qn equestri prę lio interieɛtis sagittariis,qd in quoq; esset animi ac virtutis &c.in or.lib.243.alios eis interieɛtos,& tanq̃ medios putet. INTER. de off.19. aut interieɛti iter philosophos,& eos, qui rẽp. administrant. Ita in or.lib.198.. est autẽ quidã interieɛtus itermedius.Itẽ,1.vo.or.226..q duo rũ fratrũ ætatibus medius interieɛtus, vitiis cũ vtroq; certabat.est mediũ inter ea locũ tenere.

INTERLOQVI. Est loquentẽ interrũpere.& aliquem, & alicui interloquimur. Ter.66.siccine me interloquere? ita enim in palatino legitur.In Aldino vero mihi.

INTERMINARI. Ter.12. interminatus sum,ne faceres?num veritus?quid retulit?&c.

INTERMITTERE. Est modo in aliquod tẽpus, quod agas,deponere. interdũ pro interficere. LVDOS. 2.vo.ph.92.itaq; ludis intermissis,instauratiui cõstituti sunt. LITERAS. in fa.101.. neq; alia fuit vlla causa intermissionis literarũ, nisi quod vbi esses plane nesciebam. FACERE aliquid. in fa.101.mirabar quid tu mihi literas mittere intermiseras. MENTIONEM alicuius. Att.71.nec tui mentionem intermitti sinit. DIEM. Ter.83.nam nunq̃ vnum intermittit diẽ,quin semper veniat. SPACIVM. Cæ. 66.& mille passuũ intermisso spacio castra cõmunit.i.interieɛto spacio mille passuum.

INTERMORI. Aliquid. vt RELIQVIAS. 3.vo. or.82..q̃ ꝙ eãdem illam manum ex intermortuis Catilinę reliquiis concitastis. MEMORIAM re.2.vo.or.82. 117..memoriã prope intermortuam generis sui.

INTERPELLARE. Est mediam alterius orationem interrũpere,vel aɛtioni se alterius interponere,authore Asc.69.. ORATIONEM. Cæ. 126.cuius orationẽ Cæsar interpellat.&c. SENTENTIAM. Asc.15..ne PO.RO.potestatem, aut consilium,aut sententiã interpellaturũ. Ita in fa.172. interpellent me, quo minus honoratus sim,dum nę interpellẽt quo minus respu.a me cõmode administrari possit.i.vetent. RE ALIQVA aliquid. Att.18.sed hæc tota res interpellata bello,refrixerat.quasi bello interrupta.

INTERPOLARE. Est interponere,intermittere. & factũ est ab arte fullonica,quę poliendo diligẽter vetera queq; quasi in nouã speciẽ mutat. Pl.5..illic hõ me interpolabit, meũq; os finget denuo.Item.118.scita tu quidẽ es noua pictura, & iterpolare vis opus lepidissimũ.1.vo.or.108. tollẽdo quod eẽt,& sẽp aliqd demẽdo, mutãdo,curãdo ne litura appareat, interpollãdo.

INTERPONERE. Est aliquid mediũ intericere. sed ad eos maxime transfertur,qui in traɛtãdo aliquo negocio,se quasi authores,& caput negocii faciũt.tãq; iuuãdo,q̃ impediẽdo nos interponimus. & dicimus interponere aliquid, & aliquid in aliqd. MORAM. Cę.39.hoc expeɛtari equites, atq; eius rei causa moram interponi arbitrabatur.Itẽ.3.vo.or.224.ALIQVID. 3.vo.or.261.hæc interposui P.C.nõ tam,vt pro me dixerim.NOMEN ali.in aliqua re.1.vo.or. 177.hoc cum palam Decumani in tota prouincia loquerentur,tuumq; nomen in re tam turpi, nefariaq; interponerent. AVTHORITATẼ suam.in fa.7.offensionẽ esse periculosam propter interpositam authoritatẽ,religioneq; video.1.vo.or.175. FIDEM publicam. Sall.40.. eũq; interposita fide publica Romã duceret. Ita FIDEM suam. Sall.40.. priuatim prætera fidem suam interponit, quã illa non minoris, q̃ publicam ducebat. IVDICIVM suum. Att. 12.hęc te scire volui,scripsiq; sedatiore animo, q̃ proxime scripseram,nullum meum iudiciũ interponens,sed exquirẽs tuũ. Itẽ.3.vo.or.63.. SE. 3.vo.or.106.conuocabat tribus, se interponebat. Att. SE. Att.325.de Ascanione tu vero qd voles facies,me nihil iterpono. 1.vo.or.99. leges finunt.tñ te interponis.in fa.161.itaq; sapiẽtius meo qdẽ iudicio facies, si te in istã pacificationẽ nõ interpones.nũc vides esse vetare,prohibere.Att.168.qn ẽt,cũ illa fundũ secũda fortuna emisset in diem,neq; post calamitatẽ versurã facere potuisset,ille se interposuit,pecuniamq; sine fœnore,sineq; vlla stipulatione, credidit. IN GRATIAM. in fa.14..de Vatinio autẽ primũ reditus intercesserat in gratiã p Põpeiũ.i.Põp.author fuit nostræ recõciliationis. nũc vero adiuuare, fauere, prodesse significat.

INTERPRETARI Aliqd,& de re aliqua. MONSTRA. 2.vo.ph.80..cũq; magna vis videretur esse in impetrandis,consulendisq; rebus, & in monstris interpretandis. Att.262. quod si a te erit impetratum, velim existimes,me de tua liberalitate ita interpretaturũ, vt tuo summo beneficio me affeɛtum iudicem.

INTERRVMPERE Aliquid.PONTEM. Cę.124. cohortes quinq; præmissæ a Domitio ex oppido pontem interrumpebãt. OFFICIVM alicuius.in fa.64.sed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi.ORATIONEM. 3.vo.or.71.atq; illam interpellationem mei familiarissimi, qua paulo ante inter-

rupta est oratio mea, non pertimescam. vt interrumpere aliquem dicẽtem, pro interpellare, plautino verbo, latine dici recte videatur.

INTERVENIRE. Est medio negocio quasi ex insidiis superuenire, & opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam vellent. DO. ait. verũ semper non habet insidias hominis interuentus. sed pro interesse simpliciter significat. Ter. 86. nam vt numerabatur forte argẽtum, interuenit homo de improuiso. Item. 57. Att. 231. magni interest Ciceronis, vel mea potius, vel me hercule vtriusq;, me interuenire discenti. QVERELIS alicuius. Att. 299.. etenim interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de isto ipso habebantur. nunc est simpliciter adesse, interesse. SAPIENTI fortunam. 1. vo. ph. 61.. optime vero Epicurus, q̃ exiguam dicit fortunam interuenire sapienti. i. parum admodum fortunam sapientum impedire posse.

INTERSÆPIRE. Est impedire. ITER alicui. 3. vo. or. 63.. ne intersæptum sit his iter perpetuũ ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

INTERVERTERE. Est rem aut commodatam, aut apud se depositam, aut creditã, callide; doloq; malo intercipere. 1. vo. or. 215.. q si itellexerint, si interuerso regali hoc dono grauiter vos tulisse. &c. Item de codẽ candelabro. candelabrum, quod Rex Ægypti Ioue capitolino dono tulerat, a' verre, qui illud commodatũ a' rege acceperat, interuersum esse conqueritur. ALIQVID. 3. vo. or. 175.. ille induxit, vt peteret promissum, & receptum interuertit, ad seq; trãstulit. Pl. 22.. vnde sumam? quem interuertam? idest fraudabo? decipiã. vt etiã hominẽ interuerti dicamus, a' quo aliqd per dolũ auferam^s.

INTONARE. Vocem alicuius. 2. vo. or. 143.. iam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designati collegæ tui. est altius vocem edi. intransitiue tantum.

INTORQVERE. Est conicere, a' iaculatoribus sumptũ. aliquid inter aliq. CONTVMELIAS. 1. vo. ph. 216. alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

INTRARE. In rem aliq. Att. 292.. in prouincia vero ipsa siquem es nactus, qui in tuam familiaritatẽ penitus intrarit. i. quo familiarissime vtaris. IN INSIDIAS. Cę. 171.. q cũ essent progressi, primæq; turmæ in insidias intrauissent. absolute pro eo, qd est rẽ exacti^s tractare. 2. vo. or. 151. intrabo ẽt magis, q gessit, nõ adest. &c. FISSVrã aliq. de re rust. 37. qua fissuram intrat.

INTRODVCERE. Proprie est in aliquẽ locum aliquid ducere, immittere. interdum inducere. ALIQ. aliquo. 1. vo. ph. 230. Socrates autem primus philosophiam deuocauit e' cœlo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, hinc introductiones mulierũ, & adolescẽtulorum dixit Ci. Att. 11.. IN REMP. 2. vo. or. 196. quæ omnia iam non sunt tam calamitosa, q̃ mihi sunt subeunda, q̃ pniciosa, q̃ in remp. sunt introducta. INITIVM alicuius rei. 3. vo. or. 272. id vos si forte offendimini, iustius huic q̃ mihi succensere debetis, qui initium introduxit. COMPARATionem. de off. 54.. quod cum ita sit, putant quidam hanc cõparationẽ recte non esse introductam. i. recte cõparatam. DELIBERATionem. de off. 54.. nõ videtur huiusmodi deliberationem introducere. PROCVRATIONEM. Att. 261. possumus enim vt sponsores appellemus, procurationem introducere. ALIQ. loquentem. de off. 96. introduxi enim ipsos quasi loquentes.

INTROIRE Aliquo. IN VITAM. de off. 98.. quem fuit æquius, vt prius introierã in vitam, sic prius exirem de vita. IN VRBEM. in fa. 115.. qui simulatq; Dolobellã accessit ad tribunal, introierat enim in vrbem.

INTROMITTERE Aliq. aliquo. Ter. 26.. vereor ne illud grauius phædria tulerit, ne ve aliorsum, atq; ego feci, acceperit, q̃ he ti intromissus non est. IN ÆDES. Pl. 33. caue quẽq; alienũ in ædes intromiseris. Item. 40. ego vero nusq̃ legi in ædibus intromitti.

INTROSPICERE In aliq. IN MENTEM suam. 1. vo. ph. 89. tu te introspiee in mẽtem tuã ipse, cũq; omni cogitatione pertractans percõctare ipse te. habet res diligentem considerationẽ.

INTRVDERE. Se. 1. vo. or. 287.. atq; etiam se ipse inferebat, & intrudebat.

INTVERI Aliq. & in aliq. in or. lib. 193. tum Brutus de isto postea, sed tu, inquit, me intuẽs, orationis nobis veteres explicabis? POTESTATẽ, opem, alicuius. 2. vo. or. 145. vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vitam, potestatẽ, ac vestras opes intuetur. nunc oculis, vultu, nec sine spe, opem implorãtẽ expressit. NVTVM hominis. Att. 294. in qua tanta multitudo ciuium tanta sociorum, tot vrbes, tot ciuitates vnius hominis nutũ intuentur? Item. 291.. nam græci sic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria, aut e' cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. nunc est magis obseruare. ALIQVID. in fa. 104. iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare, quod & Titius familiaris meus. nũc probare significat. IN ALIQVEM. in or. lib. 166. nam mihi Brute in te intuẽti crebro in mentem venit vereri, ecquodnam curriculum aliquãdo sit habitura tua, & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Itẽ. 85. IN ALIQVID. in or. lib. 167. in quam cum intueor. i. quam cum exactius considero.

considero.agit de vi dicendi.
INVADERE. Est cũ impetu, & repẽte aliqd aggredi.interdũ igredi,nec semp de malo, & aliqd, & in aliqd inuadimus. IN ALIQVEM. 3. vo.or.6.vt in eũ nõ inuasisse, sed incurrisse videat. 1.vo.ph.219.. de L.Bruto fortasse dubitarim,an ,ppter infinitũ odium in tyrannũ effrenatius in Aruntem inuaserit.1.vo.or.289. vt in Cecinnam venientem cum ferro inuaderet. Itẽ de off.16.illud autẽ optimũ,in quo me inuadi solere ab inuidis,& improbis audio.i.carpi.vbi vides vti cõpositio nõ solum significatiõnẽ,sed coniugationẽ,vt in cõpositis à do, & in multis aliis, verũ etiam genus cõmutat. nam vado is,cum neutrũ sit,tamẽ in hac cõpositione passiuã admittit significationẽ, quod non facit cum euado,cum persuado.non enim euasum, aut persuasum aliquẽ ab aliquo quis vnquam dixerit, sed inuasum,& inuadi recte. IN PECVNIAM alic.1.vo.or.19.. vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam,atq; preclaram nullo iure inuaserit.i. manum iniecerit. IN BONA alicuius.1.vo.or.22. interea iste Titus Roscius vir optimus, procurator Chrysogoni Ameriam venit,in prædia huius inuadit. IN GALLIAM, in Asiam, in alienam prouinciam.3.vo.or.231.in Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolobella, in alienam vterq; prouinciã. IN COLLVM alicui.3.vo.or.175.cum mulier fleret vberius,homo misericors ferre non potuit,caput aperuit, in collum inuasit.i.se in collum eius coniecit. IN OCVLOS. Pl.31.. in oculos inuadere optimũ est.i.irruere.IN ANIMVM aliquid.Sall.40..tãta vis auaritię in animũ eorũ veluti tabes inuaserat.i.eorũ animos occuparat. FINES hostiũ.Sall.34.igiẽ ex improuiso fines eius cum magna manu inuadit. DOLOREM aliquem.Ter.109.dic mihi an dolor repente inuasit?idest occupauit.proprie inquit Do.inuasit,quia repẽte. LIBIDINEM aliquem. Sall.2.hunc post dominationem L. Syllæ libido maxima inuaserat reip. capiundæ.i. incesserat. DESIdiam. INERtiã. STVPORẽ. TORpedinem. ALIQVEM. Sall.91.quia desidia,inertia,& stupor eos,atq; torpedo inuasit.i. corripuit. ANIMO aliqd.Sall.35.qppe qui totum eius regnũ animo iam inuaserat. IN ARCEM causæ.in fa.11.nõ potui magis in arcẽ illius causæ inuadere.i.magis in cãm illã ingredi.
INVEHERE Aliquid alicui.1.vo.ph.196. nõ erãt in iis,quæ tibi casus inuexerat.i.intulerat. CASVM fortunam alicui.1.vo.ph.217.vt quæcũq; casum fortuna inexerit, hũc apte,& qęte ferat.
INVEHI. Modo vehi,modo increpare.authore No. sed in secunda significatione in aliquem inuehi dicimus.CAPITOLIVM.de off.117.sed cum eius curru Capitolium inuectus offendes remp.perturbatam cõsiliis nepotis mei.vt nostra aduolare. IN ALIQVEM. 3.vo.or.242. in totam deniq; M. Antonii domum sum semp inuectus.Ita IN CAVSAM alicuius.in or.lib. 87.cum igitur vehemẽtius inueheretur in causam principum Consul Philippus.&c.
INVENIRE. Idem est quod reperire, aliquãdo acquirere. VIAM. Ter.30. ego adeo hanc primus inueni viam.i.author fui. REMEDIVM. Ter.15..quod remedium huic malo nunc inueniam? COGNOMEN aliq.1.vo.ph.53.. neq; eũ Torquatum,qui hoc primus cognomen inuenit &c.i.q cognominis author fuit. OBTRECTATOres.in fa.65..scis meam fortunã nescio quomodo facile obtrectatores inuenire .i. incurrere in obtrectatores. CERTVM. Cæ.127. neq; certum inueniri poterat .i. sciri. ACVTE aliquid. in or.lib.167.. nihil acute inueniri potuit.&c. ALIQVID. Ter.29.vtinã tam aliquid inuenire facile possis phædria, q̃ hoc peribit. nunc est acquirere,vt ait DO.
INVERTERE. Est quasi in contrarium vertere, & preposterę verba pronunciare, vt pro lauo. Vola.DO.ait.Ter.58..inuersa verba, euersas ceruices tuas. ANNVLVM.de off.59..idem rursus videbatur, cum in locum annulũ inuerterat.i. in alteram partem verterat.
INVESTIGARE. Est sæpius quęrendo inuenire, vt sit vestigo, quæro, inuestigo, & peruestigo quasi acquiro,inuenio.Ter. nihil tam difficile quin quęrẽdo possit inuestigari,& reperiri. Item.1.vo.or.225.quam cum inuestigare, & cõquirere Cæteres vellet.&c.de off.19.qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam.1. vo.ph.161. Att.134. 3.vo.or.97.
INVETERARE Aliq.in fa.39..& pro nr̃a nõ instituta,sed inueterata amicitia cures,enitare, &c. OPINIOnẽ.1.vo.or.66..inueterauit.n.iã opinio reip.&c. HONOREM, nomẽ alicui.2.vo.or. quorũ iã & nomẽ,& honos inueterauit,& huic vrbi,& hominũ famę, ac sermonib'. BARBAriam.3.vo.or.63.. inueteratã quondã barbariã ex Gaditanorũ moribus,disciplinaq; deleuit.
INVETERASCERE. In hoc verbo illud euenire video,quod fortasse in nullo alio,vt duo significet ẽ regione aduersa,nam modo est durare,modo deficere.durare,qa quę vetera fiũt, diu quidẽ durant,& sunt.Item,quę multi sunt temporis, ętate illa solent debilitari,& sensim deficere.vt.2.vo.or.116..memoria vestra quirites nostræ res alentur,sermonibus crescent,literarũ monimentis inueterascent.i.diu permanebunt.Item.1.vo.ph.236.nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorũ, in quibus vita beata cõsistit. nunc est deficere.

INVIDERE. Et alicui,& aliqd alicui, & in aliq re inuidem⁹.alicui nihil opus est exéplis. ALIQVID alicui. 1.vo.ph.190..vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. IN ALIQVA re. 2.vo.or.161.Romam venis,offers faciem nouá, nomen vetus,purpurá tyriam,in qua tibi inuideo,ꝙ vnis vestimentis tandiu es lautus.passiue est etiam vbi prolatú est.1.vo.ph.194.. non dixi in inuidiam,quæ tum est,cum inuidetur. .i.quando quis inuidia laborat,quod planius expressit Horatius in arte, cum dicit, ego cur acquirere pauca si possum,inuideor. sed mire inquit acro HOR. nam cum de fingendis verbis loqueretur, hoc sibi secundum gręcos effingit,nam apud Pl.105.. Item.181.impersonaliter dictum esse videtur.

INVISERE.Est ꝓprie ire visum,interdú ꝑspicere, interius videre. & aliqd,& ad aliqd inuisimus. Pl.131.núc ad eú iuiso.interius videre. in or.li. itaq; nec hoc possuȝ dicere me oíno ignorate,qd possedeat,neq; plane nosse,atq; íuidisse.

INVITARE Aliq.re aliqua.3.vo.or.139..pręmiis ét iuitabat. SE PLVSCVlú in cœna.Pl.5.mira sunt nisi iuitauit sese i cœna plusculú.i.replet⁹ est.exponit NO.vt crebro apud vetustiores.IN LOCVM alieni⁹ali.Att.34..Cosconio mortuo, sum in ci⁹ locú iuitat⁹. IN REM. Att.33..á C. Cęsare valde liberaliter iuitor i legationé illá.

INVOCARE. Etsi proprie dii inuocantur,de hominibus etiam tamen vsurpatur. in fa.65..ego autem quem potius adoptem,aut inuocem, ꝗ illum,quo defendente vincere didici.est etiam vbi in negat,significatq; non vocare. Pl.45.iuuentus nomen indidit scorto mihi,quod inuocatus soleo esse in conuiuio.

INVOLARE. Est impetu facto irruere,á volatus celeritate factú.& in aliq.inuolamus.IN OCVLOS alicuius.Ter.39.vt ego vnguibus facile illi i oculos inuolé venefico. IN CAPILlú.Ter. 44..vix me contineo, qn inuolem in capillú.

INVOLVERE. Est circúiegere.& aliquid aliqua re inuoluimus. 3.vo.or.82. atq; hæc dicere vix audeo, vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis inuolutam tegumentis nódum cernat.i.tectam.Item Ci. ad Cæ. iunioré lib.primo, sed quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore.i.tectum.

INVRERE. Et signum per ignem rei alicui imprimere.transfertur tamen ad ea,quæ grauiter insident alicui,vt odium,famam.&c. CALAMISTRIS aliq.in or.lib.189. qui volút illa calamistris inurere. ODIVM alicui ex aliqua re.2.vo.or.231..tátú hoíes impios ex vetere illa cóiuratione inustú nefariis métibus bonoꝝ odium retinebat. FAMAM crudelitatis & superbiæ alicui. 2.vo.or.125.. quæ si causa non

esset, tamen, vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem adeptus est,amplitudo summa, mihi superbiæ, crudelitatisq; famam inussisset, si hominis & suis, & PO. RO. ornamentis amplissimi cám tanti periculi repudiassem. LEGES alicui.3.vo.or.107..quas ille leges(si leges noiandæ sunt,ac nó faces vrbis,& pestes reip.) fuerit impositurus nobis omnibus,atq; inusturus.fortasse,quia faces dixit addidit inusturus. DOLOREM alicui. 1.vo.ph.194. proprium est enim irati cupere,á quo læsus videatur,ei ꝗmaximú doloré inutere. Item Att.12. 3.vo.or.121. SCELVS reip.3.vo.or.6.si nundum scelera,vulneraq; inusta reip. vultis recordari. VVLNERA. vi.scelus. Pestes reip. Faces reip.vi.leges.

IOCARI. Proprie verbis est. Ter.33. quid agis? iocabar equidem.

IRASCI. Est ira cómoueri. & alicui, & cum aliquo irascimur. CVM aliquo.1.vo.ph.220. irat⁹ videtur fuisse cum Tyberio Gracccho tum,cum languentem Cos.reliquit.

IRE. Verbum hoc cum motum habeat ad locum,grámaticorum regulas recte sæpius seruat, vt nisi præpositione addita casum postulet. est tamen interdum vbi eam non curet.vt ire exequias alicuius.i.ad eius exequias. Item inficias,suppetias,viam suá,vt suo de oibus loco. neq; illud omittam significare etiam modo abire,mó venire.vt DO.ait. AD ARMA. in fa.162.. posteaquam itum est ad arma. AD SAGA. 3.vo.or.158.. propter cuius periculum ad saga issemus. AD ALIQVEM. Ter.38.eamus ad me, ibi proximum est vbi mutes.idest domum meam.Item.6..itur ad me. nunc personam significat, & quasi hostiliter dictum ait DO. vt Pl. itur ad me. & Virg. ibat in Eurialum. AD SACVLVM. Pl.45..vel extra portam ire trigeminá ad saculum licet. ADVERSVM alicui.Pl.10.magis nunc meum officium faceré,si huic eam aduersum,arbitror.i.obuiá. ANTE. Ter.13.hem id te oro,vt ante eamus,dú tépus datur.i.pręoccupemus. alibi anteire habet conditioné,nunc consilium,vel factum potius continet. EXEQVIAS alicui.Ter.146.exequias Chremeti quibus est cómodum,ire iam tempus est.vide ire exequias sine præpositione.& ire pro eundi. INFICIAS. Ter.84..nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit, sat scio. Item Pl.135. IN VIGILIAM. Pl.196.. quid hoc ,quod te rogo? noctu in vigiliam quando ibat miles ,tum tu ibas simul? IN SENTENTIAM alicuius. in fa.3..perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. IN OMNIA alia.in fa.3.postulatum est,vt Bibuli sententia diuideretur,quatenus de religione dicebat, cui rei quia obsisti

non

non poterat, Bibulo assensum est. de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. pertinet & hoc ad sententiam dicendam, significat autē cōtra sentire, & sensus est. Bibulo assensum est, quatenus de religione dicebat, de tribus autem legatis, omnes in alia omnia discessere. i. ab eo dissensere. & ita interpūctis periodus est distinguēda, vt nos distinximus. quod ipsum per discedere dixit.151. Cæ. vero per trāsire.119. IN OTIVM. in fa.195.. tū eo tpe me cōsolabar, q & in summū otiū te ire arbitrabar, & impēdentib⁹ magnis negociis discedere. IN VIAM Ter.35. haud cōuenit vna ire amicā cū impera tore in viā. vbi in loco in accusatiuū ēt recipit. IN CONSiliū. 1. vo. or. 86. cū his iudicib⁹, quos in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tandiu domi fuerunt? Itē. 82.. si post Cal. Ian. in consilium iretur. Item. 2. vo. or. 28.. 3. vo. or. 6. p iudicare vbiq. IN NERVVM. Ter. 137.. nostra causa scilicet in neruū ibit potius. i. oēs pferet cruciatus. IN POSSESSIONē. 1. vo. or. 101.. dicebat iste, nisi cū muliere decideret, in possessionē se ire iussurū. IN DVPLVM. 2. vo. or. 156.. vt si iudicatum negaret, in duplū iret. IN ALIQVEM. Att. 26.. equidē antē q tuas legi literas, in hoiem ire cupiebā. Sall. 80.. Lucullus supiore anno quātis animis ierit in L. Quintiū vidistis. i. quātus aduersarius extiterit. ALIQVO. Ter. 95.. mane, scio, istuc ibā. i. hoc nūc volebam dicere. ITER cōstitutū. Cæ. 220.. Cæsar iter constitutū ire contēdit. ITINERIBVS alic. aliq. Att. 324. in quo quoniā ipsi quoq fuimus, patiamur illum ire nostris itinerib⁹. OBVIAM alicui. est sæpius ei cohonestandi eum causa occurrere. ita etiam pro contradicere, obstare. Sall. 27. deinde quia tum primum superbiæ nobilitatis obuiā itum est. 32.. 35.. 67.. Cæ. 80. IN IVS. Att. 266.. in ius de sua re nunq̄ iit. PRORSVS rē. Att. 135.. Dolobellę & prima illa actio, & hæc contra Antoniū cōtio mihi pfecisse permultū videtur, prsus ibat res. i. rectę, pspere. Plautus ante Ci. hac particula vsus est. de eo, qui nō recte eat, sed quasi cācer. 193.. qui ita ait, illuc sis vide, nō prsus, verū ex transuerso cedit, quasi cancer solet. PERDITVM. aliquem. Ter. 3.. cur te is perditum? SVPPETIAS alic. Cæ. 231. suppetias ire contendit. VIAM rectam. Pl. 207.. rectā is leno viam. Item. 243. viam suam dixit abire. vide verbum. VISERE. Ter. 104. nostra ilico it visere. Item. 124. vultis'ne eamus visere?

IRRAVCIRE. Aliq. in or. lib. 108. at Æsopus si paulum irraucuerit, explodi.

IRREPERE Aliquo. est eo clāculum peruenire. ab iis animalibus, qui ventre gradiuntur, quorum gressus maxime tacitus est, sumptum. & in rem, & in re irrepere dicitur. IN ALIQVA re aliquid. de off. 66.. itaq si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis cōcrepuerit, possit in locupletiū testamento nomen eius irrepere &c.

IRRETIRE Aliq. aliqua re. 3. vo. or. 31. hominesq negocia gerētes iudiciis iniquissimis irretires. SE ERRATIS. 1. vo. ph. 240.. his enim se adolescēs improuida ętate irretierat erratis.

IRRIDERE. Idem est cum deridere. Ter. 5. irrides? nihil me fallis.

IRRIGARE Agros. de off. 35.. adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes &c.

IRRITARE. Dictum est proprie prouocare, a canibus tractū, qui cum prouocantur irrnunt. ait No. vel quia restrictis dentibus hanc literā imitantur. inquit DO. ANIMVM. Ter. 14. dum animus irritatus est. i. ira commotus. sed bono etiam irritamur. vt in exēplis. CRABRONES. Pl. irritabis crabrones, & irritasso. Pl. 7. nam si me irritassis. GVLAM. Sall. 64. quia numidę plerūq lacte, & ferina vescebantur, & neq salē, neq alia gulæ irritamenta quærebant. nunc cōtinet suaue irritamētū. Att. 285. neq magis irritatus esset Antoni⁹ regno Cæsaris, q̄ ob eiusdē mortē deterrit⁹. est & alterū IRRITARE ri syllaba correpta. cū supioris pducat, significat autē improbare. Ter. quod erat ratū, irritū est.

IRROGARE. Est imponere, idq fortasse tantum de grauibus, ac molestis rebus. Pl. 51. irrogabo multam, vt mihi cœnas decem dent meo arbitratu. 2. vo. or. 222. vt ter ante magistratus accuset intermissa die, q̄ mulctam irroget. &c. Itē. 3. vo. or. 108.. Asc. 10. SVPPLICIA alicui. Asc. 60. est enim locus de suppliciis irrogatis. VECTIGALIA. Cæ. 248. tributis, vectigalibusq regiis irrogatis. LEGES. 2. vo. or. 222. vetant leges sacratæ, vetant. XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. TRIBVTA. vide supplicia.

IRRVERE. Eorum est, qui cum impetu aliquid ineunt. Do. ait. quod verbum cum neutrum sit. Ter. noue intulit se, fecitq transitiuum. 88.. vide ne ille huc prsus se irruat. IN OFFENSIONEM alic. 1. vo. or. 72.. qui quasi de industria in odiū offensionēq Po. Ro. irruere videātur.

IRRVMPERE. Est impetu facto aliquid inuadere, & in, & ad aliqd irrumpimus. IN ASIAM. 3. vo. or. 231. alter in Asiam irrupit cursim. Sall. 17. vt grege facto cum telis ad sese irrumperēt.

ITARE Aliquo apud Gell. ex edicto quodā. 214.. maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt.

ITERARE Aliquid. Asellio apud Gell. 87. exq eo libro, quæ in bello gesta sunt, iterare. 1. vo ph. 184.. iterandum eadem mihi ista, nō enim intelligo &c.

IVBERE. Est velle ab eo quod sequit, id, quod præcedit, non iubemus enim nisi quod volumus. vt Chremetē iubeo. DO. ait. est etiam pro decernere, vt ppl's iussit. authore Sexto. nā PO. iubebat, senatus censebat. vt Ci. Att. 275. quod enim nondū senatus censuit, nec populus iussit &c. & tum aliquid alicui iubemus, in ꝓpria vero significatione aliquid aliquē iubemus. LEGEM. in or. lib. 90. num ad populum de legibus iubendis, atq; vitandis. 2. vo. ph. 191. Sall. 60. postq̃ ei prouinciam Numidiā populus iussit. i. decreuit. ALIQVID aliquem. in fa. 225. quę te aliquid iuberent. Item. 224. SALVERE aliquem. Att. 62. Dionysium iube saluere. GAVDERE. in fa. 96. quamobrem valde iubeo gaudere te. SPERARE. in fa. 232.. nunc quando sperare nos amici iubent. &c.

IVDICARE. Est ius dicere Varrone teste. sed pro existimare etiam ponitur. ANIMO suo aliq. Ter. 97. Geta maximi precii esse te hominē iudicaui animo meo hodie. i. secūdum sentētiam animi mei. EX INGENIO suo. Ter. 70.. ohe, iā desine deos vxor gratulādo obtundere, tuam esse inuentam gnatam, nisi illos ex tuo ingenio iudicas, vt nihil credas intelligere, nisi idē dictum est centies. i. nisi eos tui similes esse existimas. Item Ter. 28.. atq; ex aliorum ingeniis nunc me iudicet. DE SENSV suo. 2. vo. or. 120.. ego enim de meo sensu iudico. HOSTEM aliquem. 3. vo. or. 186. & iudicetur non verbo, sed re, non modo non consul, sed etiā hostis Antonius. i. loco hostis habeatur. RECTE, & ordine. 1. vo. or. 41.. laudabunt omnes, si recte, & ordine iudicatis. DISSOLVTE. Att. 314.. equites Romani (dissolute enim iudicatis) nos iudicamus, vos laudatis inquit. PERPERAM. 1. vo. or. 125. siquis perperā iudicasset, se cognitu rū, cum cognosset, animaduersurū. Itē Pl. 48.. DE ALIQVA re. Cę. 59.. hic dies, hic dies de nostris controuersiis iudicabit. i. diiudicabit.

IVGVLARE. Est iugulū ferire. quo in loco quoniam maxime vita exposita est. ideo sæpius iugulare occidere significat. ALIQVEM. Ter. 34. pulchre mehercule dictum, & sapienter. pape iugularas hominem. ET GLADIO. Att. 10.. cum illum plumbeo gladio iugulatū iri tamen diceret. PRÆIVDICIO. 2. vo. or. 31.. itaq; cum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudiciis videret.

IVNGERE. Est adiungere, tāq; rhedam equis, q̃ equos rhedæ iūgi dicimus. Att. 89. hic Vedius venit mihi obuiā cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna.

IVRARE. Est aliquid iureiurando confirmare. Plau. etiā hoc vt deponenti vsus est. CALVMNIAM. in fa. 117. nā de diuinatione Appius, cū

calūniā iurasset, contēdere ausus nō est. i. se nō malitiose, cū eo agere iurasset, quod adhuc in iudiciis seruatur. calūnia enim est malitiosa, & mendax infamatio. IN LITEM. 1. vo. or. 45.. quod in codicū iniuratus referre noluit, id iurare in litē nō dubitet: IN VERBA alic. aliq. Cę. 141. princeps in hæc verba iurat ipse, ad idē iusiurandū adigit Afraniū, subsequuntur Trib. militū. IN LEGEM. 2. vo. or. 36.. multā petiuit, qua lege: qd in legē nō iurasset. Itē. 3. vo. or. 17. quasi vero ille nō in alteras quoq; leges, quas iniuste rogatas putant, iā ante iurarit. 1. vo. ph. 76. est iurādo legē ꝓbare. CONCEptis verbis. Pl. 26.. vbi verbis cōceptis sciens libēter piuraris. Itē. 185. iurastin te illā nulli vēditurū nisi mihi: B. fateor. Ca. nēpe cōceptis verbis: B. etiā cōsultis quoq;. vide cōcipere verba. itē dare iusiurādū. & idē est cū in verba alic. iurare. EX ANIMI sentētia. de off. 73.. nō. n. falsum iurare peierare est, sed quod ex animi tui sentētia iuraueris. sicut verbis concipitur, more nostro, id nō facere piuriū est. EX LEGIBVS. Att. 33. ad quę, vt ex legibus iuliis nō dubitāt iurare cæteri. est secundum eas leges iusiurandū dare. MORBVM. Att. 1. Aquilium nō arbitramur, qui denegat, & iurauit morbū, & illud suum regnū iudiciale opposuit. quid aūt hic sit iurare morbū sentio multos dubiū habere, ego ita coniicio, vt quasi vox sit execrantis, tāq; valeat, atq; si dixisset, morbo hoc nunquā liberer, si peto. IVRARI pro iurare. Pl. 223. qui mihi iuratus est sese hodie argentum daturum.

IVVARE. Est facere quod cōducat. 1. vo. or. 246. te igitur authore, atq; īterprete ne foro quidē, & conuentu Mamertini PO. RO. iuuare debuerunt. Item in fa. 213.. idest si T. Manlium q̃maxime, quibuscūq; rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris iuueris, atq; ornaueris. Itē. 213..

L

LABARE. Est proprie corruere, sed etiā trāsfert. 3. vo. or. 207. cū ei labare M. Antonius videret.

LABASCERE. Est moueri incipere. Ter. 27.. labascit victus vno verbo. Item. 81.. labascit, vnū hoc habeo &c.

LABEFACERE. Est aliquid aliqua ex parte cōmouere, corrumpere. DENTES alicui. Ter. 81.. pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.

LABEFACTARE. Est aliqd aliquo mō deterius facere, & quasi labe afficere. CAVSAM. 1. vo. or. 46.. cæteri, cū ad iudicē causam labefactari aiaduertūt, ad arbitrū cōfugiunt. FIDEM alicuius

cuius precio. 2.VO.OR.58.. quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorũ fidem precio labefactare conata sit. DIGNITATẽ alicuius. 3.VO.OR.129..& eo magis quod videtis hos quasi sumptos dies ad labefactãdã illius dignitatẽ. IVDICATVM. 2.VO.OR.29. rem enim integrã hominis non alieni quamuis suspitiosam defendere humanitatis esse putabamus, iudicatã labefactare conari impudentiæ &c. PRÆSIDIVM. Att.279.. hoc adolescentis præsidium equidem adhuc firmum esse confido, sed ita multi labefactant, vt ne moueatur, interdũ extimescam. ORATIONEM. 1.VO.ph.58. quam autem dicam voluptatem iam videtis, ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. REMP. 2.VO.OR.93. mediocriter labefactantem statum reip. LEGES ius. 1.VO.OR.298.. nõ homines lędit, sed leges, ac iura labefactat.

LABI. Verbi proprietas esse videtur sensim, sed celeriter cadere, qui casus quoniam solet eorũ esse, qui imprudenter ingrediuntur, ideo transfertur recte ad reliquos errores. est etiam vbi celeritatẽ maxime significat. OPINIONE aliquem. 3.VO.OR.247.. talis igitur, & vir, & ciuis opinione labi potest. INOPIA verbi aliquem. 3.VO.OR.225. nam te inopia verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem. AD MOLLICIEM aliq. 2.VO.ph.177.. quarum mores lapsi ad molliciem pariter sunt immutati cum cantibus. DIEM. 3.VO.OR.226. Cassius lapsis paucis post diebus consequebatur.

LABORARE. Verbum hoc multis modis accipitur, tãq; transitiue, q̃ intransitiue ponitur recte. dicimus vero laborare aliquid, & alicui, & aliqua re, & cum pręposiționibus quibusdam, vt in exẽplis. tãq; dicimus caput alicui, q̃ capite aliquẽ laborare. IDEM qd tu. att.206. quo ẽt magis laboro idẽ, quod tu. ID. in fa.131. quod scribis prælia te mea causa sustinere, non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, à te refutentur, q̃ intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amare. i. curo. RES RO. Att.66. ad quid laboramus res Romanas? & trãsitiue est positum, nam in id, & idem non ita. in fa.45. hęc mihi ampliora multo sunt, q̃ illa ipsa, propter quę hęc laborantur. vbi videant grãmatici etiã laborari in passiua voce & significatione reperiri, neq; laboratum participium esse sine origine verbi. ALIQVID. 3.VO.OR.48.. cum à me ipso laborata proferri viderentur. ALICVI. 1.VO.OR.169.. patiemini iudices à sociis, ab aratoribus PO. RO. ab his qui vobis laborant, vobis serunt &c. HOSTIBVS intestinis. Att.278.. nec externis hostibus magis, q̃ domesticis laboramus. MALIS alicuius. in fa.47.. non tuis bonis delectari potius, q̃ alienis malis laborare. CRVDELITATE aliq. 1.VO.OR.44.. vestrum nemo est, quin intelligat PO. RO. qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. DE MILONE. in fa.20.. quamobrẽ si me memorem, si gratum, si bonum virum, vel ex hoc ipso, ꝙ tã vehemẽter de Milone laborem, existimare potes. Att.78.. Ita DE VITA, de capite. 2.VO.OR.59.. in quo tamen non minus de capite huius, q̃ de sua vita laborat. Item Att.214.. DE EXISTIMATIONE. Att.291.. quem certo scio ita laborare de existimatione tua. &c. DE GLORIA. Att.298.. simul illud cogita nos non de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. Etsi vbiq; de causam significat, neq; cum verbo quicq̃ proprii habere scio. È DOLORE aliquem. Ter.7. laborat è dolore, atq; ex hoc misera solicita est. EX INTESTINIS. in fa.107. cum decimũ iam diẽ ex intestinis laborarẽ. EX PEDIBVS. in fa.141. quod ex pedibus laboraret. EX INVIDIA. 1.VO.OR.43.. & resp. ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarẽt. Itẽ. 2.VO.OR.60. EX ALIQVO. 1.VO.OR.43.. & resp. ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarẽt. EX DESIDERIO. in fa. nõ ignoro quãtum ex desiderio labores, sed erũt omnia facilia, si valebis. EX ÆRE alieno. Cæ.166. quod ex ære alieno laborare arbitrabatur &c. LVNAM. 1.VO.ph.168. num igitur tum curare censes, cũ luna laboret? ARTVS alic. 1.VO.ph.188. quod vehementer eius artus laborarent.

LACERARE. Est sauciare, frustatim proscindere, sed apte trãsfertur. vt CONTVMELIIS aliquẽ. 3.VO.OR.231.. cum verborum contumeliis optimum virũ incesto ore lacerasset. DIEM. Pl.23. quia ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. linguã. f. REMP. largitionibus. Sall.77. largitionibus remp. lacerari videbam. CVPIDINE. Sall.78. angitur enim, ac laceratur animi cupidine.

LACESSERE. Est prouocare, idq; tã ad bonũ, q̃ ad malũ. in fa.210. nõ. n. te epistolis, sed voluminibus lacesserẽ. Itẽ Att.7. quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum. SCRIPTO. in fa.196. sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses. SERMONES. in fa.38. hos ego sermones quod & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, nõ offendunt, lacessiui nunq̃, sed non valde repressi. PRÆLIO aliquem. Cæ.52.. postero die procul à castris hostes in collibus constiterunt, rariq; se ostendere, & lentius q̃ pridie nostros prælio lacessere. BELLO aliquem per aliquid. Sall.83.. nam quid ego me appellem? quem disiunctũ vndiq; regnis, & tetrarchiis ab imperio eorũ, qu a fama erat diuitem, neq; seruiturũ esse per

Nicomedem bello lacessiuerunt sceleris eorũ haud ignarum &c.

LACTARE. Est inducere, vel mulcere, vellere, decipere, authore NO. DO. vero ait. est inducere ad aliquã persuasionẽ. ANIMVM alic. Ter. 21. solicitãdo, & pollicitãdo, eorũ animos lactas. AMANTEM. Ter. 15. nisi me lactasses amantẽ.

LÆDERE Aliq. re aliqua, & in re aliqua. OS. Ter. 96. ille suam semper egit vitam in otio, in cõuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. ALIQVEM ludibrio. in fa. 59. nunquam te a' me ludibrio læsum iri. INIVRIA. 1. vo. or. 148. nulla priuatim læsi iniuria. IN ALIQVA re aliquem. Asc. 64. reprehendunt homines stultissimi Tullium, quod in filio Verris noxiam lędat.

LÆTARI. Re & in re. 3. vo. or. 232. vt in hoc sit semper lętatus.

LÆTIFICARE Agros. 2. vo. ph. 52. non aqua solũ agros lętificat, & mitigat, sed eos ẽt cõserit.

LAMBERE. Est lingere, lingua leuiter aliquid tergere. TRIBVNAL. 1. vo. or. 153. & horum canum quos tribunal meum lambere vides.

LAMENTARI. Est quęri. Ter. 3. quę tum mihi lamentari præter cęteras visa est. VITAM. 1. vo. ph. 164. nam hæc quidem vita mors est, quam lamentari possem, si liberet. i. deplorare. CÆCITATEM. 1. vo. ph. 249. cuius cæcitatẽ cum mulierculæ lamentarentur.

LANGVERE. Est deficere. in or. li. 197. quare nõ est cur eorũ, qui se studio eloquẽtiæ sese dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. SOLITVDINEM. de off. 53. nec eam solitudinem languere patior. i. aliquid ago. RE ALIQVA aliq. 2. vo. ph. 3. nam cum otio langueremus. Item. 14. E' RE. 3. vo. or. 155. cũq; e' via languerem. i. fessus essem.

LARGIRI. Est donare. & aliquid alicui, & de re, & aliqua re alicui largimur. Cæ. 245. ac de sua pecunia largitus est. Ita DE se. Ter. 98. pmisisti autẽ de te largitor puer. i. de tuo. Ita EX ALIENO. in fa. 38. cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. ALIQVA re alicui. Pl. 221. nunc amico bobus domitis mea ex crumena largiar. quę locutio admodũ rara est, nam sane' vsitatior fuisset, si, vt in dono fit, dixisset amicum bobus domitis largiri.

LASSARI. Est fatigari, & re, & de te lassamur. Pl. 189. nam vt lassus veni de via.

LATERE. Est occultari. & aliquid aliquem, & alicui latere dicimus. 2. vo. or. 100. nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.

LATRARE. Canum proprie est latratus. in or. lib. 131. quid latras? furem vidi.

LAVARE. Proprie est eluere, & sordida quęq; purgare. BALNEA. C. Gracchus apud Gell. 133. vxor renunciat viro parũ cito sibi balneas red ditas esse, & parum lautas fuisse. LATEREM. Ter. 126. laterẽ lauas. PECCATVM. Ter. 144. venias nunc precibus lautum peccatũ tuum.

LAVDARE. Est verbis nũc aliqd efferre, apud veteres etiã nominare. vt Pl. & Virg. inquit NO. PLENO ore aliquem. de off. 13. ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudam*. SCRIPTO alieno aliquem. Att. 327. ad. IIII. Cal. Decemb. laudauit pater scripto meo. i. orationem recitauit, quam ego feceram. CVM exceptione. Att. 297. neq; te patiar (q̃tũ in me erit) cũ exceptione laudari. CENTEsimã partẽ aliq. Pl. 50 pol istic me haud cẽtesimã partẽ laudat, q̃ ipse merit° est, vt laudet laudib. LAVDIB. vi. supra.

LAXARE. Est remittere, liberare. vt CVRIS aliquẽ. 1. vo. ph. 157. quodq; nũc facimus, cũ laxati curis sumus. MOLESTIIS. in fa. 70. vt istis te molestiis laxes. OCCVPATIONE fe. in fa. 95. pp̃ter molestissimas occupationes meas, quibus si me relaxaro. &c. ANIMVM corpore. de off. 128. qui iam vixerunt & corpore laxati illũ incolũt locũ, quẽ vides. i. liberati. ALIQVID. Att. 66. vt odeum laxaremus, & vsq; ad atrium libertatis explicaremus, sexagies contẽpsimus. i. amplius efficeremus.

LEGARE. Modo legationem habet, modo rem hæreditario iure relictam significat, interdum aliquid cõmittit. ALIQVEM alicui. Att. 63. nã eum Cæsari legarat Appius. 2. vo. or. 24. quæ pecunia mulieri legata erat a' filio, si qui natus esset. Itẽ. 2. vo. or. 22. vt illi filio. XL. millia legaret. NEGOCIVM alicui. Pl. 70. quin potius qd legatũ est tibi negociũ, id curas &c. i. cõmissũ.

LEGERE. Notũ est, qd pp̃rie significet. Att. 138. tuas nunc epistolas a' primo lego. SERMONẼ ali. Pl. 186. nunc huc concedã, vt horũ sermonẽ legam. i. vt subausculteṁ. CONDITIONES. 3. vo. or. 45. hinc licet cõditiones quotidie legas. i. eligas. 3. vo. or. 112. nisi, vt virũ a' viro lectũ ee' diceres. i. selectum. IN SENATVM. in fa. 204. hoc autẽ tẽpore eum in senatũ Cæsar legit. i. senatorem eum fecit. ET IN senatu. in fa. 91. cumq; hodie aruspicinam facerent, & in senatu Romæ legerẽtur. &. 177. MAGISTRATVM suffragio. Cæ. 68. at si sunt plures pares, suffragio druidum adlegitur. i. creatur. IVDEX. Sall. 90. iudices a' paucis probari, regnum est, ex pecunia legi, inhonestum. Item Att. 8.

LENIRE Aliqd. 1. vo. or. si te acerba illius imploratio, & vox miserabilis nõ leniebat. MISERiã. ter. 53. quo illã mihi leniret miseriã. att. 326. vt ego me multa cõsolatione quotidie leniã.

LENOCINARI Alicui. 1. vo. or. 62. tibi seruiet, tibi lenocinabitur. i. turpiter deseruiet. est enim lenocinari

lenocinari artem lenonis exercere.

LEVARE. Est minuere, releuare. & aliquē aliqua re, & aliqd alicui leuamus. CIVITATES. Att. 76. quid quæris? tædet omnium nos vitæ, leuantur tamen miseræ ciuitates, quod nullus fit sumptus in nos, neq; in legatos, neq; in quæstorem, neq; in quenq; .i. releuantur. AGRVM vectigale. in or. lib. 176. is, qui publicum agrū vitiosa, & inutili lege vectigale leuauit. i. liberauit, immunem reddidit. INVIDIA aliquem. Att. 238. Balbum leuari inuidia per nos velim. GRAVITATE aliq. in fa. 79. qua tñ iā paululū videor leuari. i. releuari. SVPERSTITIONE. 1. vo. ph. 62. omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione. VINCVLIS aliquē. 1. vo. ph. 174. emittimur nos e' custodia, & leuari vinculis arbitramur. i. solui, demi. ONERE aliquē. in fa. 44. leua me igitur hoc onere. OPINIONE aliq. de off. 109. qui hac opinione non modo verbis, sed etiā opere leuandi sunt. ANNONAM. 3. vo. or. 115. occidi, occidi non spu. Melium, qui annona leuanda, iacturisq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionē incidit regni appetēdi. INOPIAM. Cę. 174. est autem genus radicis inuētum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admixtum lacte multū inopiā leuat. METVM alicui. 1. vo. ph. 187. his leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis, & gloria. PAVPERTATem alic. Pl. 95. virgini pauperculæ, tueq; matri me leuare paupertatem. SVMPTVM alicui. Ter. 67. sperabit sumptum sibi senex leuatū esse harum abitu. AMICITIAS. de off. 110. tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandę. i. remittendę.

LIBARE. De re, & ex re. in or. li. 84. qd sit i pñtia de honestate delibatū. EX RE. in or. lib. 62. & ex variis igeniis excellētissimis qq; libauim⁹.

LIBERARE. Est quod aliquo mō impeditū sit, soluere. & aliq. aliqua re, & a' re aliq liberam⁹. CVLPA aliq. Att. 24. ego & librarios tuos culpa libero. id est nihil librarios tuos accuso. ERRORE aliquē. 1. vo. ph. 57. errore maximo si eū audire voluerint, liberabuntur. AERE alieno se. Att. 233. pręsertim cum se maximo ære alieno Faberii manu liberarit. EXITV aliq. Att. 179. atq; eam remp. quā virtute, atq; animi magnitudine magis, q̄ exitis rerum liberasti, exitu libera. i. perfice quod incepisti. prorsus eā libera. MALEVOLENtia aliquem. Att. 298. q̄q; illorum erit verius iudicium obtrectatione, & maleuolentia liberatū. METV aliquem. Ter. 9. obsecro te q̄primum hoc me libera miserum metu. 3. vo. or. 5. SVSPICIOne aliq. in fa. 3. quē ego ipsum cum audio, prorsus eū libero omni suspicione. SOLICITVDINE aliq. Att. 86. nā tu me solicitudine magna liberasti. QVARTANA aliq. Att. 168. te a' quartana liberatum gaudeo. INVIDIA se. de off. 45. magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura qñ erat ædilis, nec maxima liberauit. IVDICIO aliquē. 2. vo. or. 164. M. Aquiliū patres nostri multis auaritię criminibus testimoniisq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellū gesserat, iudicio liberauerunt. LOCVM. Att. 57. medius fidius ne tu emisti locum præclarum, gladiatores audio pugnare mirifice, si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses .i. duorum munerum locatione tantum recipisses, quanti eum emisti. A' SCELERE aliquē. 3. vo. or. 133. & si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. A' PESTE. 3. vo. or. 259. Cæsar eū exercitu cōparato a' primis pestibus remp. liberasset. EX PARTE magna. 1. vo. ph. 148. cum defensionum laboribus senatoriisq; muneribus, aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. ANIMVM suum. in fa. 78. q Romæ non sis, animū tuum libera. i. ne doleas. FIDEM suā. in fa. 186. quod autem & in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meā liberari. 2. vo. or. 156. ipse tamen Fusius satisfecit, & fidē suā liberat. i. quod ad se attinet præstat. ALIQVEM ad aliquid faciendū. in fa. 35. eadē epistola petebas, vt eos q̄primū, ne in hyemem inciderēt, ad facultatē ædificandi, liberarē &c.

LIGERE. Verbi huiusce licet vis in eam partem maxime accipi solet, cū volumus pmissionē significare, & faciēdi facultatē datam. cui perornate etiam additur per cum ea persona, quæ nobis concedit. & alicui, & aliquem licere veteres aliquando dixere. PER silentium. Ter. 51. date potestatem mihi statariā, agere vt liceat per silentium. Att. 329. si per tuas legiones licitum fuisset &c. ALIQVEM. Ter. 101. finite exorator sim, eodē vt iure vti senem liceat. de off. 19. hęc præscripta seruantē licet magnifice, grauiter, animoseq; viuere. nam quemadmodum ad infinitionem nunc referri possit accusatiuus, non satis video.

LIGARE. Proprie est iniicere alicui vincula, sed & hoc transfertur. PERSONAM sermonibus. 1. vo. ph. 2. restat, vt iis respondeam, qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari. i. induci loquentes.

LIGVRIRE. Modo est deuorare, modo etiam cum quadam elegantia comedere, & more senum multo fastidio suauia quæq; degustare. sed a' cibis ad alia quædam transfertur. ALIQ. Pl. 45. dum ruri iurant homines, quos ligurriant. i. deuorent. Ter. 46. quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriant. i. elegāter co-

medunt. CVRATIONEM agrariam. in fa.78. itaq; cum quidam de collegiis nostris agrariã curationẽ ligurirẽt, disturbaui.i.q̃si deuorarẽt

LIMARE. Est expolire. quoniam vero quæ expoliuntur aliqua ex parte cõminuuntur, ideo & conterere, & minuere significat. & aliquid, & de re aliqua, & ad aliquid limamus. VERITATEM. de off.40. alia est illa, cũ veritas ipsa limatur in disputatiõe, subtilitas. AD TENVE aliquid.1.vo.ph.17. idest rationes has latiore specie, non ad tenue limatas. in or.lib.243.. DE ALIQVA re aliquid. in or.lib.146. neq; eos similes effecit inter se, sed tamen alteri affinxit, de altero limauit, vt id confirmaret in vtroq;, quod vtriusq; natura pateretur. CAPVT cũ aliqua. Pl.202. at vide sis, cũ illa nũq̃ limaui caput. veteres pro coniungere, copulare, vtebantur.

LIPPIRE. Vitium est oculorum lippitudo Pl. tamen trãstulit ad fauces, dicit enim.62.. lippiunt fauces fame. quod vulgo etiam dicimus. non vede dalla fame.

LIQVEFACERE Aliquid aliqua re.1.vo.ph.231.. quos nulli metus terrent, nullæ futiles lætitiæ exultãtes languidis liquefaciũt voluptatibus.

LIQVERE. Est clarum esse. 2.vo.or.45.. non liquere dixerunt. iudicum erant verba, non liquet, cum non dum satis cognitã causam habebant. quod per N. & L. solebant veteres notare. vt Ase.63.. 2.vo.or.33..

LIQVESCERE. Aliqua re aliquẽ.1.vo.ph.186.. nec in dolore magis, q̃ eadem voluptate, qua cum liquescimus, fluimusq; mollicia. &c.

LITARE. Est propitiare. Pl. si hercle istuc vnq̃ factum est, tum me Iuppiter faciat, vt semp sacrificem, neq; vnq̃ litem. vt etiam habeas qd intersit inter sacrificare, & litare, authore No. Item Pl.204.. nãq; ego hodie infelix dis meis iratissimus sexagenos imolaui, nec potui tamẽ propitiatã Venerem facere, vti esset mihi, quoniam litare nequeo, abii illinc illico &c. ALICVI.2.vo.or.164. litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego.

LITIGARE. Cum aliquo. Ter.20. quid credis? cũ illa litigat. interdum est patroni.3.vo.or.43. aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem.i. frustra causas agentem.

LOCARE. Modo vsum rei mercede concessum significat, modo aliquid faciendum, aliquando nuptum dare, interdum parare, & collocare, authore No. ÆDES suas. 1.vo.or.102.. cum L. Octauius. C. Aurelius Coss. ædes suas locauissent. FVNERA.1.vo.or.260. nõ palã viuorũ funera locabant? SE nõ min⁹ tãti.1.vo.or.49.. locabat se nõ minus HS CCCLIII. FACIENDVM aliquid. in fa.56. vt iidem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendũ locarent. Item Att.54. superficiẽ Coss. ex S.C. æstimabunt, sin aliter, demolientur, & suo nomine locabunt. Item Att.55. porticũ catuli locari. CASTRANDVM aliquem. Pl.35.. si ego te non elinguandam dedero vsq; ab radicibus, impero, authorq; sum, vt me cuiuis castrandum loces. NVPTVM alicui filiam. Ter. 139. vt potui virginem nuptũ locaui huic adolescenti, harũ qui est dominus ędium. IN INSIDIIS aliquem.3.vo.or.52. deinde foris viros ab imperatrice in insidiis, atq; in præsidio balnearum locatos. &c. Item insidias alicui. Pl.58. 235. OPERAM. Pl.220.. male operã locas. Itẽ.5. IN DIGNITATE aliquẽ.2.vo.or.130. duæ fuerunt artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis. vna imperatoris, altera oratoris. IN DOMINATV. 1. vo.ph.115. cum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia. &c. IN ALIQVA re mentem. in fa.20.. mentem deniq; omnem in Milonis consulatu fixi, & locaui.

LOCVPLETARE Aliquid. ad Her.15. quæ pertinent ad exagerandam, & locupletandam argumentationem.

LOQVI. Inde dictum est, quod vnũquodq; verbum suo loco positũ sit in dicendo, ait Varro. ALICVI. Pl.206. nec tuũ quidẽ est amicis per iocũ iniuste loqui. BELLVM. Att.150. Dolobella suis literis Idib. Martii datis, merũ bellũ loquit. CLASSES, & exercitus. Att.136. vix dũ epistolã tuã legerã, cũ ad me currens ad illũ Posthumus Curtius venit, nihil nisi classes loquẽs, & exercitus. SCELERA. Att.148.. hic qdẽ mera scelera loquuntur. LAPIDES est odiose loqui. Pl.34.. lapides loqueris. MVLSVM. Pl.202. obsecro hercle vt mulsa loquitur. SERMONẼ. Pl.91.. nec sat exaudiebã, nec sermonis fallebar tamen, quem loquerentur. EX ALIQVA re. in or.lib.184. quis loquitur ex lintre? AD VOLVNTATEM.1.vo.or.17.. fatetur se non belle dicere, nõ ad voluntatẽ loqui posse. de off.113. IN SENTENTiã alicui⁹. Cæ.119.. in eãdẽ sñiam loquit Scipio, Põpeio eẽ i aio reip. nõ deesse.i. eã sententiã sequitur. Ita IN EAM rationẽ.1. vo.or.90. hæc cum omnes sentirent, & cum in eam rationem pro suo quisq; sensu, ac dolore loqueretur. LONGINQVVM. Pl.173. odiosa nę oratio est, cum rem agas, longinquũ loqui.

LVCERE. Planum est, & quid significet, & vnde factum sit, Plautus transitiue protulit. Pl.58.. tu tibi puer es Lautus, Luces cereũ. ÆDES, villam, est cum ędes, villa, foraminibus est opplera. Pl.231. villam integundam intelligo totam mihi, nam nunc pellucet ea, q̃ cribrũ crebrius. ALIQVEM in foro, & in causis. in or.lib.113.. nemo enim studet eloquentię nostrorum hominum,

minum,nisi vt in causis atq; in foro eluceat.

LVCRARI Aliquid.1.vo.or.82. lucretur indicia veteris infamiæ.i.condonentur illi.

LVDERE. Sępius est re.verbo etiam interdum. & aliqua re, & aliquid ludimus. ALEA. 3.vo. or.171..qui nõ dubitaret vel in foro alea ludere. TESSERIS. Ter.93.. ita vita est, quasi cum ludas tesseris. LVDVM. Ter.37..& quia consimilem luserat iam olim ille ludum. de Ioue in aureum imbrem conuerso. OPERAM. Pl. 49.operã luseris. Ter.129.. in his opera ludit.i. frusta agit. VERBVM aliquod. in fa.98.. non illo vetere verbo meo,quod,cum ad te de Milone scripsissem,iure lusisti.i.irrisisti.

LVDIFICARI. Et actiue,& passiue quasi cõmune veteres protulerunt. Ter.39. postq̃ ludificatus est virginem.Pl.76. NVGAS. Pl.52..nugas ludificabitur,garriet.Passiue. Pl.75..iam hic est lepide ludificatus.

LVERE. Est soluere No.& Varrone testib⁹. & a lue factũ videt,quæ purgamẽtis adhibitis tolli solet.vt MACVLAM.1.vo.or. errabas Verres,& vehemẽter errabas cum te maculas furtorum,& flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. LIBIDINEM alicuius sanguine innocentium. 1. vo. or.91.. Verres ne ubi tanti fuit: vt eius libidinem innocentum sanguine lui velles: i idest ablui. POENAS. Att.43. itaq; mei peccati luo pœnas. 3. vo.or.103..189. SANGVINEM, & cruciatum. 1.vo.or.77. sed & religiones deorum immortalium expiandæ, & ciuium Ro. cruciatus, multorumq; innocentium sanguis istius supplicio luendus est.

LVSTRARE. Multa significat.vt expiare,circũspicere,circumire, patefacere, scortari, perspicere,vt asserit No. EXERCITVM. Cę.112. his rebus confectis totum exercitum lustrat.3.vo. or.247. Att.3. Att.79.ad.III.Cal.Septẽb. exercitum lustraui apud Iconium. AGROS. de re rust.18.agrum lustrare sic oportet. &c. 2.vo.or. 98..si lustrantur, si erumpunt omnia .i. si patefiunt. Pl.195.. luxantur, lustrantur, comedunt quod habent .i. scortantur. ANIMO aliquid. de off.12. sed cum omnia ratione animoq; lustraueris .i. perspexeris. Item. 1. vo.ph.88. Ita RATIONE aliquid. de off.12.sed cum omnia ratione,animoq; lustraueris.

M

MACERARE. Proprie est mitigare,mollificare. cum tamẽ est de hoie,significat affligere,attenuare. SE. Ter.16.. tu modo animæ mi noli te macerare. Item.21. 28.. METVM aliquem.Pl. 161. ergo istius metus me macerat. Item.182.. SALSAMENTVM. Ter.85..salsamẽta hæc Stephanio fac macerentur pulchre. SORBA in sole. de re rust.40.. sorba quidam disecta, & in sole macerata.

MACHINARI. Perniciem alicui.Sall.6..sed plerisq; senatoribus perniciẽ machinabatur. IVDICIVM. Sall. erant eo tempore qui existimarẽt iudiciũ illud a P.Antronio machinatũ.

MACTARE. Est sacrificare præsertim victimis cęsis, vnde etiam recte pro interficere vsurpatum est. ac quoniam in sacrificiis auctionẽ habebat, inde pro augere tam de malo,q̃ de bono in vsum venit. & dicimus mactare aliquem re aliqua,& aliquid alicui.DEOS manes re aliqua.3.vo.or.31.cũ puerorũ extis deos manes mactare soleas. MALO. 3.vo.or.36.. quo etiam maiore es malo mactandus. Pl.115.. nisi te mala re magna mactari cupis.i.plecti.Itẽ.15. ita ego te certo cruce,& cruciatu mactabo.i.de te summũ suppliciũ sumã. INFORtunio.Ter. 146.faxo tali eum mactatũ,atq; hic est infortunio.2.vo.or.101.. ALIQVẽ. Pl.231. si sapiã hoc, qd me mactat, ꝯcinẽ lutũ.i.grauiter molestat.

MACVLARE Aliquid re aliq.3.vo.or.24.. quis non eius voce maculari remp. seq; si eum audiret,scelere astringi arbitraretur? SPLENDOREM alicuius. 3.vo.or.16.. at etiã eo negocio M. Catonis splendorem maculari voluerunt. AMBITV se.3.vo.or.40..nunquam enim tam Cœlius amens fuisset,vt si se isto infinito ambitu cõmaculasset, ambitus alterũ accusasset. LOCVM stupro & scelere. 3.vo.or.118. tuq; ex tuo edito monte latialis sancte Iuppiter,cuius ille lacus, nemora, finesq; sæpe omni nefario stupro,& scelere macularat, aliquãdo ad eum puniendum oculos aperuisti.

MADERE. Est madidũ reddi.Pl.118..madet homo.i.ebrius est. METV aliquẽ. Pl.119..hei mihi,comista hęc blanda dicta quo euueniãt,madeo metu.i.valde metuo.

MALEDICERE Alicui ore alieno. 3.vo.or.149. imitari potius Castor aui mores, disciplinãq; debebas,q̃ optimo,& clarissimo viro fugitiui ore maledicere.

MANARE. Dicitur cũm humor ex integro, sed non solido nimis vase, per rimas erumpit. q ex græco trahitur, quia illi non satis solidum μανὸν dicunt. sed transfertur ad ea,quæ quodãmõ effluere vident. ALICVNDE aliquid.3.vo. or.261.cum vt scitis hoc triduo, vel quatriduo tristis a Mutina fama manaret. Ita AB ALIQVO aliqd. de off.129.. vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit.Itẽ.31. AD ALIQ. aliquid.Ter.82.. obsecro te hercle hominẽ istũ

impurissimum q̃primũ absoluitote, ne si magis irritatus fiet, aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim. IN VENAS aliquod malum. 1. vo. ph. 214. permanat in venas, & inhæret in visceribus illud malum. SVDORE aliquid. 2. vo. ph. 96. Herculisq; simu lachrũ multo sudore manauit. INDVSTRIA alic. late. de off. 47. latissimeq; manat industria. Att. 260. EX VNO fonte omnia. 3. vo. or. 255. nõ ne cernitis ex vno fonte omnia scelera manare. i. nasci, prouenire.

MANCIPARE. Est alienare, & quodam modo vendere. ALIQ. alicui. 1. vo. ph. 53.. quem in adoptioné D. Sylhano mancipauerat. i. per adoptioné mãciparat. PRÆDIA sua. non est oino prædia libere vendere, sed pecunia accepta tantum fructum in potestatem alterius transire. Asc. 34. huic Antoniũ Gellius, & Lentulus censores sexenio, quo hæc dicerentur senatu mouerunt, causasq; subscripserũt, quod socios diripuerit, q̃ iudiciũ recusarit, q̃ ꝓpter æris alieni magnitudiné prædia mãcipauit, bonaq; sua in porestate nõ haberet. Ci. 3. vo. or. dixit vẽditũ, & mancipatũ. vbi ait. tum iste vẽditũ, atq; mãcipatũ tribunatũ cõsiliis nostris opposuit.

MANDARE. Est cõmittere sæpius, interdum cõmendare, vt No. cõprobat. MAGISTRATVM alicui. 2. vo. or. 142.. nam quod ais nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratũ mandandum, nisi dignitate. &c. Item. 2. vo. ph. 190.. Cæ. 177. Ita CONSVLATVM. Sall. 9. 56. Ita PRÆTVrã. Ita TRIBVNAtũ. Ita QVÆSTVrã. Ita ÆDILITAté. Ita HONOREM. 1. vo. or. 219. Po. Ro. hominibus nouis, atq; industriis libenter honores mandare. FILIAM viro. Pl. 140. ab illo, cui mãdauisti meo viro. nũc est nuptum dare. NOMINATIM. Att. 49. sed tibi nihil mando nominatim. LITERIS aliquid. 1. vo. or. 163.. quorum renunciatio legibus illorum literis publicis mandata est. idest perscripta est. LITERIS consilia sua. in fa. 69. ac ne forte mirere, cur cum mihi sæpe ostéderis te accuratissime nostrorum temporum cõsilia, atq; euentus literis mandaturum, a' te id nunc tantopere, & tam multis verbis petamus. Ita MEMORIÆ. Ita MONIMENtis. Ita SCRIPTIS aliquid. de off. dein scriptis non ea, quę nũc, sed actiones nostras mãdaremus. &c. VETVSTATI aliquid. 2. vo. ph. 56.. nã & agri multa ferunt manu quæsita, quæ vel statim cõsumantur, vel mãdantur condita vetustati. FIDEI aliquid. Ter. 7.. bona hæc nostra tibi committo, & tuæ mando fidei. SE FVGÆ. Cæ. 4.. reliqui sese fugæ mandarunt. Item. 25. præcipites sese fugæ mandauerunt.

MANERE. Certam habet loci mansionem. & modo est expectare. modo perseuerare, durare. NEGLIGENTIAM alicuius. Ter. 135. postq̃ videt me eius mater hic esse diutius, simul autem non manebat ætas virginis meam negligentiam. i. expectabat. ALIQVEM. Pl. 8.. nunc te nox, quæ me mansisti, mitto vt cedas die. Item. 135. etiam parasitũ manes? idest expectas. Ita PVLVINVM. Pl. 249.. mane puluinũ. Ter. 38.. inuitat tristis, mansit ibi. nunc est temoratus est. Do. ait. LIBIDINEM. Ter. 138. atq; ita opus facto est, at matura, dum libido eadem hæc manet. AFFINITATEM inter aliquos. Ter. 117. ah iandudum dixi, idemq; nunc dico Lache manere affinitatem hãc inter nos volo. i. durare. MOREM ab aliquo. 2. vo. ph. 183. nam & Athenis iam ille mos ab Cecrope vt aiunt permansit. in fa. 75. si rationum referẽdarũ ius & mos antiquus maneret. i. seruaret. CONDITIONEM alicui. in fa. 22. eaq; mihi cõditio maneat, qua profectus. CONSVETVDINEM cum aliquo. 3. vo. or. 50.. cur illi non ad Cœlium domũ venerint: si manebat tanta illa consuetudo Cœlii cum Clodia, tantaq; familiaritas. IN AMICITIA perpetuo cum aliquo. 1. vo. or. 109.. pleræq; autem & maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. Asc. 78. & amicitiam manere. IN CONSILIO. de off. 23. semperq; in proposito, susceptoq; consilio permansisset. VOCEM. in or. lib. 177. omnisq; motus cum verbis sententiisq; consentiens, vox permanens, verum sub rauca natura. IN CONDITIONE. 1. vo. or. 69. mansit in conditione, atq; pacto vsq; ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Item Att. 117.. ET CONDItionem alicui. in fa. 22. vide supra. IN MENTE pristina. 3. vo. or. 16. & a' Lucullo summo viro atq; imperatore pulsus, animo tamen hostili cũ reliquis copiis suis in pristina mente mãsit. IN SENTENTIA. Att. 20. sed etiam si ab illa deserat tamen in mea sententia permanebo. Item in fa. 106. si enim Damasippus in sententia nõ manebit. Item. 24.. IN VITA. in fa. 56.. vt ipsum, quod maneá in vita, peccare me existimem. Item. 71.. IN FIDE. Cæ. 205. nam maiore ex duobus pueris rege amisso, minori tradidit regnum, maiori ex duabus filiis Cleopatræ, quæ manserat in fide. vbi est etiam filiis, non filiabus. 2. vo. or. 206..

MATVRARE. Non vti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studiũ adhibere festinum, a' maturitate dictum, quę ratione naturæ modificatione quadam nec præcipitatur, ne præcox qd fiat, neq; difertur, ne senio dissoluatur, vt No. exponit. FRVMENTA. Cę. 5. non modo frumenta in agris matura nõ erant, sed &c. Item. 14. iamq; esse in agris frumenta

menta matura. DEFECTIONEM. Cæ.92.. etsi multis iam rebus perfidiam Heduorũ Cæsar perspectam habebat, atq; horum discessu admaturari defectionẽ ciuitatis existimabat. INSIDIAS alicui. Sall.11..insidias cõsuli maturet. MORTEM alicui. 2.vo.or.54.huic mortẽ maturabat inimicus, quod illi vnũ in malis profugium erat calamitatis? NVPTIAS. Ter.13..& is mihi persuadet, nuptias quantũ queam, vt maturem. ITER. Cæ.137..iam vero eo magis illi maturãdũ iter existimabãt. Ita FACERE aliq. Sall.58..igitur Carthagini duo fratres missi, quibus nomẽ Philenes erat, maturauere iter peragere. PROFICISCI. Cæ.1.. Cæsari cũ id nunciatum esset, eos per prouinciam nostram iter facere conari, maturat ab vrbe ꝓficisci. DARE signũ. Sall.6. quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare. vbi est pro festinare, & ante tempus signum dare.

MEDERI. Alicui, & aliquid. VVLNERIBVS. 1. vo.or.1.ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeã. &c. ALIQVid. Ter.141. q̃ scitũ est eiusmodi parare in aio cupiditates, quas, cũ res aduersę sient, paulo mederi possis.

MEDICARI Alicui. Ter.19..atq; eius dolore gnato vt medicarer tuo.

MEDITARI. Est cogitare. No. videtur magis exponere, discere, perdoceri. sane in verbo studiũ mentis in aliqua re inesse, nemo non videt. & pro excogitare interdũ esse videtur. quin etiã passiuo vsus est. Ci. de off.6. q̃ ea, quæ meditata, & præparata sunt. Item. 1. vo.ph.197. sint semper homini omnia meditata. Pl.3..ea nunc meditabor, quo modo illi dicam. &c. Ter.10. venit meditatus alicunde, ex solo loco. AD ALIQVID. in fa.13. aut ne ad eam meditere, imparatum te offendam. POENAM in aliq. 1. vo.ph.226. qui meditatur pœnam in fratrem nouam. in fa.18.. cunq; ita Balbus esset vt eius ipsius artis, cui studeret, primã literã non posset dicere, perfecit meditãdo, vt nemo planius eo locutus putaretur. i. studio adhibito.

MEMINISSE. Est recordari, & rei, & rem meminimus. cum vero est pro mẽtionẽ facere, & rei, & de re meminisse dicimus inquit Lau. Vall. ALICVIVS. Ter. faciam vt meiq; & huius diei, ac loci semper memineris. HOMINEM. 1. vo.ph.78. L. Balbus fuit Lanuinus, quem meminisse tu non potes. BENEFICIVM. 2. vo. or. nisi qui patriæ beneficia meminerit. Pl. 49. istuc ne præcipias, facile memoria memini. VIDERE. Ter.10..forma bona memini videre. quo in loco DO. exponit memini videre, pro vidisse. quæ Lau. Vall. secutus præcipit, magis dicẽdum esse memini vidisse, q̃ videre, illud vero virgilianũ cantãdo puerũ memini me condere soles, licẽtia poetica dictũ asserẽs.

MEMORARE. Significat nunc dicere, nunc memorię mandare. & rem, & de re memoramus. DE RE. 1. vo.ph.67. quia de natura nimis obscure memorauit.

MENDICARE. Eorum proprium est, qui hostiatim victum quæritãt. MALVM ab aliquo. Pl.14..quia senecta ętate à me mẽdicas malũ.

MERCARI Aliquid de aliquo. 2. vo.or.156. fundum Cymeum Romę mercatus est de pupillo Meculonio, cum verbis se locupletem faceret. BOVes. Pl.221. domitos boues vti sibi mercarer.

MERERE. Modo est pro militare. modo mereri, idq; tam de malo, q̃ de bono. interdum aliquid lucrari. prioris vero exẽpla hæc sunt significationis. STIPENDIA in aliquo bello. 2. vo. or.126..meruisse vero stipendia in eo bello, qđ tum Po. Ro. non modo maximum, sed etiam solum gerebat. PATRE imperatore. 2. vo.or. 126. patre imperatore meruisse.

Cum est mereri.

ALIQVID re aliqua. Pl.118. q̃bus anus domi sunt vxores, quę vos dote meruerunt. LAVDEM. 1. vo.or.64. tamen eas ferendo maiorem laudẽ, q̃ vlciscendo merere. DE NOMINE alic. in or. lib.188. cuius penè principẽ copiæ, atq; inuẽtorem bene de nomine, ac dignitate Po. Ro. meritum esse existimare debemus. DE ALIQVO. Pl.136. quid de te merui, qua me causa pderes? Ter.52. quæso quid de te tantum meruisti? vbi est de malo. i. pro cõmerere. Item Pl.83.. & vt vt me erga est meritus, tamen cordi est.

Cum est pro lucrari.

Pl.114. quadringentis Philopis filius me & Chrysalus circũduxerunt, quem quidem ego vt nõ excruciem, alterum tantum auri nõ mercam. ALIQVID vt aliquid faciat. 2. vo.ph.14.. quid enim mereas vt Epicurus esse desinas? Item Pl.132.. EO MODO. HS CCCLIII. merere dixit Ci. 1. vo.or.48.. nam certe HS CCCLIII. HS CCCLIII.. HS CCCLIII. merere, & potuit, & debuit.

MERERI Aliq. & de aliquo bene, male. 1. vo.or. 231. qđ arbitramini Rheginos, qui iã ciues Romani sunt, mereri velle, vt ab iis marmorea venus ille ne auferatur? Item de off.113. multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, q̃ eos amicos, qui dulces videantur, illos verum sæpe dicere, hos nunq̃.

MERITARE. Fundum HS. 1. vo.or.173.. vt siquis villicus ex eo fundo, qui HS dena meritasset. i. qui dena HS redderet.

METARI. Est proprie metas ponere, itaq; metari castra dicitur, quo metis diriguntur, ait Sex. CASTRA. Cæ.108..castrisq; eo loco metatis, munire iubet castra. Sall.71. Cæ.8. cum exerci-

METIRI. Est mẽsurare.& aliquid aliqua,siue ex aliqua re metimur. FRVMENTÜ alicui. Cæ.5.. quo die frumentũ militibus metiri oporteret. Itẽ.8. cũ exercitui frumenta metiri oporteret. VOLVPTATE. 3.vo.or.94.audistis pfecto dici,philosophos Epicureos omnis res,quę sunt homini expetẽdæ,voluptate metiri.i.ad voluptatem ponderare. EMOLVMENTIS aliq. de off.55..qui autem omnia metiuntur emolumẽtis,& commodis,neq; ea volunt pręponderari honestate.DIGNITATE.fa.260.cuius est hęc summa,vt omnia te metiri dignitate malim, q̃ ambitione. PERICVlum. Sall.11.suo quisq; metu pericula metiri.i.sua quęq; pericula pro magnitudine metus magna ducere. EX ALIQVA re aliquid.infa.145..omnia igitur tua cõsilia mihi non magis prudẽtiæ plena,quę summa est,videtur,q̃ fidelitatis,quam ego ex mea conscientia metior .i. secundum meam conscientiam,pondero,considero. VOLVNTATẽ alicuius. in or.lib.166. ego autem voluntatem tibi profecto emetiar,sed rem ipsam nondum posse videor.i.æquabo.

METVERE. Et aliq. & ab aliq. aliq. metuimus. metuit vero seruus,veretur liber, ait DO. ALIQVID ab aliquo. 1.vo.or.20.quæ a' vobis pro maleficiis suis metuere,atq; horrere debent. Ter.3.hei,metui a' Chryside. Pl.133..iam abs te metuo de verbis tuis. & cum hac particula vt eleganter conuenit hoc verbum.Ter.91.ipsum id metuo, vt credant. Item.21..metuo, vt substet hospes.idem facit,vereor.

MICARE. Est fulgere, sed quia quodammodo fulgor ferit oculos,transfertur ad ictum.vt VENAM,& Arteriam. 2.vo.ph.30.. iam vero venæ, & arteriæ micare non desinunt .i. crebro moueri,palpitare. de off.67.. dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices.

MIGRARE. Est habitationis locum cõmutare. & ex loco migramus.vt EX VITA.de off.126.. quod anteq̃ ex hac vita migro.

MINARI Aliq. aliqua re. FERRO. Sall.8..repente glorians maria,montesq; polliceri cœpit,& minari interdũ ferro,nisi obnoxia foret.

MINITARI Aliq.alicui.2.vo.or.182. quæstiones nobis seruorum,ac tormenta accusator minitat.ita mortẽ,seruitutẽ.& multa huiusmodi.

MINVERE opinionem.de off.15.. sed cum plerią; arbitrẽtur res bellicas maiores,q̃ vrbanas, minuenda est hæc opinio.CONSILIVM. Ter. 115.equidem cupio,& vix cõtineo. sed nõ minuam meum cõsilium. ANIMVM. in or.lib. 205. vt cum minutum dicimus animũ,pro paruo. IMPERIVM alicuius. Pl.26. hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? IRAM. Ter.131..te oblectet,tibi habe. Ph. minue vero iram.LIBERTATEM alic.2.vo.or.5.. isti libertatẽ ciuiũ RO.imminutã nõ tulerũt &c.

MIRARI Aliquid. Ter.31. miror q; ex piræeo abierit. Item. miror vnde sit.i.nescio.veteres enim cum nesciebant aliquid,mirari se dicebant, quia ex ignorantia nascitur admiratio.

MISCERE. Est proprie confundere.& aliquid,& cum aliqua re miscemus. MVLSVM. 1.vo.ph. dico ergo in eadem voluptate eum,qui alteri misceat mulsum &c.i.alteri det bibere. CORPVS cum aliqua.2.vo.ph.93..vt aut cum marte corpus miscere videantur.i.coniũgere.

MISERARI. Est misericordia cõmoueri. & aliquẽ miserari aliquid dicimus. Sall.36.eos mul ta pollicendo, ac miserando casum suum,confirmat. Cæ.77. miserantur communem Galliæ fortunam. Sall.11.miserari paruos liberos.

MISERERI Alicuius. Ter.60.. ita me dii amabũt,vt tuaę miseritũ est menedeme fortunaę.

MITTERE. Verbi huiusce tum significatio,tum constructio,exemplis ipsis facile colligi poterit. ALIQVID alicui. Att.39.ei te hoc scribere a' me tibi esse missum sane' volo.nunc est pro scribere. A' PEDIBVS suis aliquem. Att.122. nec vllam ob aliam causam Pollucem seruum a' pedibus meis Romam misi.i.qui meis pedibus operam dabat. DE MENsa alicui.Att.68.. cui tamen Quintus de mẽsa misit, illa reiecit. DE DIGITO. Pl.158.. at non multæ de digito donum mittunt. annulum,missum significat, quẽ sibi mulier detraxerat de digito.AD ALIQVEM aliquid ad aliũ.Att.203.misi ad te epistolas ad Martianum, eas in eundem fasciculũ addas velim. E VIA aliquid.Att.151.illa e' via misi ad te. OBVIAM epistolas.in fa.14.tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. ALIQVEM cum literis,& mandatis. in fa.30.vt ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. SALVTEM alicui per aliquem. Att.253. Atticam nostram cupio suauiari,ita mihi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Pl.181.. 194. MALAM rem alicui. Pl.194. eadem malam rem mittunt maleuolentibus.Ci.dixit mãdare pestem. 1.vo.ph.183. priusq̃ oppeto malam pestem mandatam hostili manu. AD HORAS. in or. lib. 182.. mittentem ad horas quæsitorem.i.scitum quota hora. MVNERI aliquid alicui.1.vo.or.248..Symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit. COLONIAS aliquo. Cæ.71.. ac propter hominum multitudinẽ, agriq; inopiam trans rhenũ colonias mitterent. IN POSSESSIONEM aliq.1.vo.or.15..si in possessionẽ miseris.1.vo.or.63.. iste in possessionem bonorũ mulieris mittit. IN CONSILIVM. 1.vo.or.81. accusabo,respondebis testibus editis ita mittam in

tam in consilium, vt etiam si lex &c. SVPPETIAS alicui. Cę.241..turmis suorum suppetias mittit. PRÆSIDIO alicui. Cę. legiones, quas pręsidio nostris miserat. &c. SVB iugum exercitũ. Cę.3. Cęsar φ memoria tenebat L. Cassiũ cõsulẽ, exercitũq; eius ab Heluetiis pulsũm & sub iugũ missum. Itẽ.4. de off.74. erat cum exercitus ab hoste superatus sub hastam transire cogebatur, quo signo suam inertiam fatebat, & erat summa vniuerso exercitui, & quorũ etiã erat exercitus, ignominia. ORATIONẽ alic. ex ore. Cę.120. hęc scipionis oratio, qd senatus in vrbe habebatur, Pompeiusq; aderat, ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur. i. loqui videbat Põpeius ex ore Scipionis. LINEAM, est trahere, translatio a pictoribus. qui cum aliquod aggrediuntur opus, lineis statim patuulis illud effigiant. Pl.128. nõ ego ita ex templo meu m ostẽdã sensum, mittã lineam. i. leuiter tentabo. NOXIAM. Ter.44.. vnã hanc mitte noxiam. i. dimitte, ignosce. MANV seruum.3. vo.or.112. manu vero cur miserit. SANGVINẽ. Cels. 60.. sanguinem incisa vena mitti nouũ nõ est. Itẽ mitti sanguis debet ex brachio. est qd vulgo dicunt, cauar sangue. qd trãstulit Cicero. Att.84. sic Appius, cũ ei ἀφαιρέσεως pro uiciã curarit, sanguinẽ miserit, qcqd potuit detraxerit. Itẽ.12. LVDOS. in fa.69. cũ ipsi ante ludorũ missionẽ corona donenr. VOCEM de aliqua re.1. vo.or.147 fuit P. seruilio imperatore in Cilicia tribunus militũ, ea res siletur. fuit M. Pisoni quæstor in Hispania, vox de quæstura nulla missa est. Item.3. vo.or.12. conciones haberi quotidie cõtra me, vocem pro me, ac pro rep. neminem mittere. Item.3. vo.or.49. Item. 2. vo.or.36. vbiq; est admodũ parũ loqui, lõge .n. minus est mittere vocẽ, q̃ vel verbũ facere. ALIQVEM de aliq. re. de off.9. cum de captiuis commutandis Romam missus esset. Erasmus adnotauit locutionis nouitatem. inquit enim nouę dixit, missus est, de hac re, pro eo, quod erat, missus est, vt ageret de captiuis. vi præpositionis id factum est, vt in pro, propter, & causatiuis oĩbus, vt pro Cæsare missus est, & propter id ad Cæsarem misimimus.

MITIGARE. Est quod acerbũ sit, lene & placidũ reddere. apteq; trãsfertur. CAPVT alicui. Ter. 48.. vtinam tibi cõmitigari videã sandalio caput. CIBVM lignis.2. vo.ph.56.. partim ad calefaciendũ corpus igni adhibita, & ad mitigandũ cibũ vtimur. ODIVM re aliq. 2. vo.or.293. odiũ vel precibus mitigari potest. SEVERITATem. Att.294. hęc illius sęueritas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. AD HVMANITAtem.2. vo.ph. 177. qbus ex agresti immaniq; vita exculti ad

humanitatem & mitigati simus. LABOREM aliqua re. in or.lib.144. & summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

MODERARI. Est intra modum continere. & aliquid, & de re aliqua moderamur. EX SVA libidine aliquem. Ter.55. ex sua libidine moderãtur, quę nunc est, non quę olim fuit. DE VECTIGALibus, de sumptibus. Sall.88.. primum omnium summam potestatem moderandi de vectigalibus, sumptibus, iudiciis, senatoribus paucis tradidit plebs Romana. ALICVI.1. vo. or. sentio Iud. moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; vestram facietatẽ.

MODIFICARE. Cibum in corpore.2. vo.ph.120. depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & modificato cibo, cantus edere.

MOLIRI. Est parare. sed de rebus pręsertim grauibus. INSIDIAS alicui.2. vo.or.54. post mortẽ eius Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias. i. parare, facere. SE MVLIER. Ter. 56. dum moliuntur, dum comuntur annus est. i. ornantur, cõparaſ. MVNDVM.2. vo.ph.197. quãobrẽ mũdũ efficere moliẽs deus, terrã primũ, ignẽq; iungebat. PERICVLVM alicui.3. vo.or.3. atq; optimis ciuibus periculũ moliri.

MONERE Aliq. Att.31. qbus & placarẽ, vt fratrẽ, & monerẽ, vt minorẽ, & obiurgarẽ, vt errãtẽ. EX ALIquo aliquẽ. i fa.31.. eaq; me ex tuis mãdatis monuit, quę nõ mihi, ad quẽ ptinẽt. &c.

MORARI. Modo est tardare, modo manere, interdũ curare, expetere. CONVIuas. Ter.54. iãdudũ domi præsto apud me esse aiũt, egomet cõuiuas moror. Cæ.74.. nõ syluæ morantur. i. moræ sunt. ALICVBI triduũ Att.76.. moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ. i. mãsit. OPES. Pl.34.. istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram, nihil moror. i. curo.

MORDERE. Proprie est dẽtibus aliq. lędere. sed transfertur etiam ad detrahẽdum. FRENVM. in fa.178.. si frenum momorderis, peream si te omnes quotquot sunt conantem loqui ferre poterũt. ALIQVEM. Ter.33.. inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego vero floccipendere. SVMPTVM alicui. Ter.95. principio si id te mordet, sumptum filii quem faciunt. Item. in fa.44.. neq; nõ me tamẽ mordet aliquid. i. offendit. Item Ter.34.. deniq; par pari referto, quod eã mordeat. SE. Att.91.. qui scribis mordere te interdum, φ non simul sis. modus est dicendi perpulcher, cum aliquis vehementer dolet se aliquid non fecisse.

MORI. Perplana est re ipsa quid verbum significet. sed perapte transfertur. REPENTINO.1. vo.or.3. moritur in Gallia Quintus cum adesset Neuius, & moritur repẽtino. DESIDE-

atq; aggere, palude explere, atq; iter munire co nabatur. i. quo progredi posset efficere cona batur. VIAM ad aliquem. 2. vo. or. 69.. vt vnusquisq; studio, & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrãdum munire posfit. vt iter. f. conficere. Lau. Vall. dicit munire viam esse repurgare, reficere, ac interdũ lapidibus substernere, quales sunt Romanæ. PRÆSIDIA. 2. vo. or. 9r. intercludere omnis seditionũ vias, munire præsidia reip. i. validiora facere. SE RE aliq. 2. vo. or. 199.. me autem nudum a' propinquis, nulla cognatiõe munitũ. Itẽ. 201. SVBSIDIIS. 2. vo. or. ro. atq; hęc tua frumentaria subsidia, reip. firmissimis præsidiis classibusq; muniuit.

MVSSARE. Est murmurare. vulgo vero tacere, inquit Sex. Illud Ter. adducens, sile, cæla occulta, tege, tace, mussa. No. vero differentiam facit inter mussare, & murmurare. vt mussare sit hominum occulte loquẽtium quod cęlatum velint. murmurare vero esse maioris soni, proximi ad tumultum. Sall. 80.. & q̃q̃. L. Cincius primus de potestate Tribunorũ loqui ausus mussantibus vobis circũuentus erat. i. vix contra eũ hiscere audientibus. ET OS. Sall. 77. os mussantes, & retractãtes verbis & vatum carminibus pacem optatis magnis, q̃ defendiris.

MVSSITARE. Eadem significatione qua mussare. Ter. 80.. accipiunda, & mussitanda iniuria est. i. tacenda, dissimulanda.

MVTARE. Aliquando est variare, aliquãdo pro eo quod vulgo dicimus barattar. & tum dicimus mutare aliquid aliqua re. CONSILIVM. Att. 116. ego tamen Philotimi literis lectis mutaui cõsiliũ de mulieribus. in fa. 49. ego rogatus mutaui meũ cõsiliũ. FIDEM. Ter. 131. ne queo exorare, vt maneat, & cũ illo, vt mutet fidẽ triduũ hoc. IVDICIVM. Sall. 26.. pfecto existimabũt me magis merito, q̃ ignauia iudiciũ animi mei mutauisse. vbi iudiciũ est pro sentẽtia. SENTENTIã. 2. vo. or. 139. nulla in re falli, sententiã mutare nunq̃. Ter. 113.. MENTEM aliq 3. vo. or. 74. posteaq; reb9 gestis mentes vestras, voluntatemq; mutastis. VOLVNTATEM. 1. vo. or. 55. subito nunc mutata voluntate ad accusandum descenderim. Item. 3. vo. or 74. Itẽ. in fa. 63. non satis credidi homini prudenti, tã valde esse mutatã voluntatem tuã. PACTIONEM. 2. vo. or. 217.. cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem. PACEM atq; bellum. Sall. 63.. an mobilitate ingenii pacẽ, atq; bellum mutare solitus parũ exploratum est. TESTAMENTVM. 2. vo. or. 56. mutaturam esse testamentum minaretur. SOLVM. 2. vo. or. 229. non prius hanc ciuitatem amittebant, q̃ erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerãt. VESTEM. Att. 308. vestẽ tũ

filius mutauit. IVMENTA ad aliquid. C. 162.. atq; mutatis ad celeritatem iumentis. vulgo dicimus per le poste. ita tu equos, &c. FACTVM. Ter. 2. haud muto factũ. i. non facti penitet. Do. exponit. IN FORMAM alicuius. Pl. 1. mutauit sese in formam eius coniugis. VINO aduentitio aliquid. Sall. 45. ea mutare cũ mercatoribus, vino aduentitio, & aliis talibus.

MVTILARE. Est aliquid detrahere, sine quo res esse non posfit. Do. ait. ALIQ. Ter. 102. quin spolies, mutiles, laceres, quenquem nacta sis.

MVTIRE. Erat modo loqui, modo tacere apud veteres. ego ita inter vtranq; significationem exponerem, mutire esse loqui velle, sed non planẽ proferre verba, vti muti faciunt. Pl. 6. etiã mutis. Ter. hercl e nihil iam mutire audeo. Pl. transtulit ad cardinem. viden, inquit, vt aperiunt ædes festiuissimæ, non mutit cardo.

MVTVARE. Et mutuari. de his verbis ita ait Lau. Vall. qui mutuat pecuniam, mutuo dat pecuniam, qui mutuatur pecuniam, mutuo accipit pecuniam. cui opinioni illud Ci. ad Atticũ. 76. aperte aduersatur, vbi ait. vt verear ne illud, qd tecum permutuaui, versura mihi soluendũ sit. significat enim quod mutuo accepi, nõ autem dedi. vbi vides etiam mutuare cum aliq. i. ab aliquo. & est quasi mutuum facere. neq; tamen propterea negarim mutuare aliquid alicui, non idem esse, quod mutuo dare. quod nequaquam in mutuari dicerem, sed semper ab aliquo aliquid mutuari, vt. 2. vo. ph. orator ab academicis subtilitatem ingenii mutuatur. Pl. decem minas a' patre mutuatus.

N

NANCISCI. Est adipisci. CONSVETVdinem alicuius rei. Att. 315. cuius rei non nullam consuetudinem nactus sum in hoc hotum dierum ocio Cicerone nostro minore perdocendo. FIRMITATEM. in fa. 173.. si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia illa tua præclara in Remp. merita ad nihilum esse ventura. LAXAMENTVM. in fa. 194.. ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum, &c. SPEM. in fa. 206. tamen maiorem spem impetrandi nactus sum. SORTEM. 1. vo. or. 97. sortem nactus est vrbane prouinciæ. i. prouincia vrbana ei sorte obuenit. MALVM. Ter. 134. nõ triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nãcisor malı. MORBVM. Att. 272. nactus est morbum. i. in morbum incedit. OCIVM. in fa. plu ribus verbis ad te scribam, cum plus ocii nactus ero.

NARRARE. Narro inquit Varro cum alterum narrum facio. est dicere, cõmemorare. NOVI. aliquid. Att.70. nam nec quid mãdem habeo, nihil enim prætermissum est, nec quid narrem noui. Item.71. MALE. Att.260. male narras de nepotis filio. i. malum nuntium affers. MONSTRA. Att.147. monstra narrat, rem ordine. Ter.85. omnem rem modo seni quo pacto se haberet, enarrauimus ordine.

NASCI. Planum est, quid proprie verbum significet. verum in transferendo latissime patet, ut in exemplis. & dicimus nasci rei, & ad rem, & cum ablatiuo vnde. s. nati sumus. transtulit Ci. ad dignitatem, vt diceret à vobis natus sum consularis. 2.VO.or.198. à parentibus, id, quod necesse erat, paruus sum procreatus, à vobis natus sum cõsularis. ABDOMINI aliquem. 3.VO. or.88. nam ille gurges, atq; helluo natus abdomini suo, non laudi, atq; gloriæ. GLORIÆ. idest ad gloriam. 3.VO.or.88. LAVDI. i. ad laudem. 3.VO.or.88. REIP. 3. VO.or.185. o ciuem natum Reip. memorem sui nominis, imitatoremq; maiorum. SERVITVTI. 3.VO.or.71. tradidit in seruitutem Iudæis, & syris nationibus natis seruituti. AD DIGNITAtem. 3.VO.or.22. Nam quid ageret uir ad dignitatem, & gloriã natus? AD GLORIAM. uide dignitatem. AD LAVDEM. 3.VO.or.225. filius audio, & spero natus ad laudem. AD PRÆDAM aliquem. 3.VO. or.238. saxæ se, & captioni tradiderunt ad facinus, prædamq; natis. AD ALIQVID. 1.VO.or. 212. ita apte in scyphis aureis ĩcludebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. AD HÆC tempora. 3.VO.or.241. an vos & Luceium præclarissimum Cos. C. Cæsarem deorum beneficio natum ad hæc tempora. i. propter hæc tempora. QVO LOCO aliq. Sall.2. L. Catilina nobili genere natus. LOCO equestri. Asc.33. solus Ci. ex competitoribus equestri erat loco natus. LOCO summo est eius, cuius maiores nobiles extitere. LOCO obscuro, cuius maiores obscuri fuere. PER tempus aliq. Pl.251. per Annonam caram dixit me natum pater. IN RE aliqua. in or. lib.154.. cum tu in alia lingua, ac moribus natus. EX ALIQVO aliquid. in fa.37. ex quo suspicio nata est. CAVSAM. 3.VO.or.58.. nascitur iudices causa Cornelii ex ea lege, quam. &c. CVPIDITATES rei. in or. lib.168. nec enim in constituentibus remp. nec in bella gerentibus, nec in impeditis, nec Regum dominatione deuictis nasci cupiditas dicendi solet. EDICTVM eo. 1.VO.or.158.. subito, atq; ex tempore noua nascebantur edicta. GLORIAM. vide rem. INIVRIAS. Att. 290. multæq; nascuntur iniuriæ, magnæ contentiones consequuntur. LITIGIVM cum aliquo. Pl.139. credo cum viro litigiũ natum esse aliquod. MALVM. 1.VO.or.206.. iubeo promi vtrosq;, nequid plus mali nasceret. PROVINCIAM alicui. 3.VO.or.76.. Ianuario, Februario prouinciam non habebit. Cal. ei deniq; Martii nascetur repente prouincia. REM. Ter.119.. scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriã esse. & res est facultas. SVSPICIONEM alicui. in fa.37. hoc uero, ex quo suspicio nata est. &c. VINVM. in or. li.191. ut siquis falerno vino delectetur, sed nec ita nouo, ut ꝓximis cõsulibus natũ velit, nec rursus ita vetere, vt Opimiũ, aut Anitium consulẽ quærat. NOBILItatem. vide rem. & cum ad præpositione. 2.VO.or.40.. cum annos ad quinquaginta natus esset? vbi ad est pro circiter. Ter.52. annos sexaginta natus es.

NAVARE. Et aliquẽ cõplures annos natũ dicimus. Ter.52. Att.331. an eẽ quẽdã annos XXIII. natum rei alicui. proprie est operam ei rei dare. additur tamen interdum illud ipsum, quod nauamus. in fa.79.. sed quia nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid, & efficere. &c. nunc est præstare. REIP. in fa.127. at in literis, & libris, vt doctissimi veteres fecerunt, reip. nauare. &c. BENEVOLENtiam. in fa.40. cum hic tibi satisfecerimus, istic quoq; nostram in te beneuolentiam nauare possimus. i. ostendere, præstare. Ita. OPERAM suam alicui. in or. lib.191. qui quia nauarat miles operam, Imperatorem se statim esse cupiebat. in fa.159. Ita STVDIVM. Att.240. Erat enim rescribendum tuis quam uellem Bruto studium nauare potuisse. Item. 2.VO.ph.207.

NAVIGARE. Plenissimis uelis. 2. VO.or.218. ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigasses. STRENVE. Att.255. magis commode, quam strenue nauigasse. idest celeriter. EX SENTENTIA. Att.80.. &, vt scribis, ex sententia nauigasse vehementer gaudeo.

NAVSEARE. Est stomacho ad vomitum cõturbari. à naui. s. quia nauigantibus is facile excitari solet. PL.5.. lassus sum hercle, è naui ut uectus huc sum, etiam nunc nauseo. in fa.107.. uidit enim me nauseãtem. 2.VO.ph.18. quàm bellum erat vellei, confiteri potius nescire, quod nescires, quàm ista effutientem nauseare.

NECARE. Fame aliquem. 1.VO.or.68.. nautę milites q; siculorum, socii nostri, atq; amici fame necati. Item Att.143. Item.308. quis esset qui plebem fame necaret? respondebant operæ, Pompeius. VENENO aliq. ad Her. si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum. IN NERVO. Pl.42.. at ego credo deos voluisse, vt apud te me in neruo enicem. IN VINCVLIS.

LIS. 2.VO.or.43.qui auunculum filii sui in ser- uitute,ac vinculis necarit.

NEGARE. Præcise aliquid alicui.Att.121.nũq̃ reo cuiq̃ tam humili,tam sordido, tam præcise ne gaui,q̃ hic mihi, plane' sine exceptione præci- dit.est paucis,& claris verbis negare.

NERE. Subtegmen.Ter.57.anus subtegmen ne- bat.i.parabat subtegmen.

NESCIRE. Est ignorare.Pl.68.ego te vehemen- ter perire cupio,ne tu me nescias. DEOS. Ter. 74..Dii istęc prohibeant.Ch. deos nescio.ego quod potero nitar sedulo. ALIQ. Ter.59.ne- scio alias, me scio semper fecisse sedulo.i.ne- scio quid aliæ faciant. & modus est loquendi, pręsertim iratorum, ait Do.

NITI. Est proprie vim fere' omnem in aliquid agendo adhibere.& re aliqua,& in rẽ niti dici tur. PATIENTIA.Cæ.33. vt nullum frustra te- lum in eos mitteretur,tamen virtute,& patien tia nitebãtur, atq; omnia vulnera sustinebãt.i. patienter ferebant. in fa.4.. nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur.i.omnia conaremur. IN CVBITũ aliq.Att.272.nos vt venisse videt in cubitum ni sus.i.cubito fultus.

NOBILITARE. Est nobilem reddere.sed de re- bus etiam turpibus vsurpatur.FLAGITIIS ali- quem dixit Ter.48. tu iam pẽdebis, qui istum adolescentem nobilitas flagitiis .i. eum egre- gie flagitiosum reddis. Sall.129. adhibiti sunt, & cuncti Barbarorũ hominum nobilitati non solum magnitudine,& summa æris alieni,ve- rum etiam cõsuetudine, ac studio turpissima- rum rerum. Item.130.. CRVDELITAtem ali. de off. testis est Faleris, cuius est præter cæ- teras nobilitata crudelitas.

NOCERE Aliq.alic.2.vo.or.117.q̃q̃ Quirites mi- hi quidem nihil iam ab istis noceri potest.

NOLLE. Cum suo contrario peruenuste vsus est hoc verbo Ci. 2.vo.or.136.nolite a' me cõmo- neri velle,vosmetipsi vobiscum recordamini. Item. 2. vo.or.191.. nolite eo velle carere , qui charissimam vestram procreationem sibi esse duxit. Item.3.vo.or.54..nolite Iud.aut hũc na tura ipsa occidẽtem velle maturius extingue- re vulnere vestro.

NOMINARE. Est suo proprio nomine aliquem appellare.1.vo.or.4.quẽ vt ipsius dignitas po- scit honoris gratia nomino . Item.1.vo.or.21. quas (vt ęquum est)honestatis,amplitudinisq; gratia nomino. & sæpius in hunc modum cõ peries vsurpatum a' bonis. NOMEN alicuius. Ter.138..& meũ nomen nominat.NEMINEM. 3.vo.or.163.neminem nominabo.

NOSCERE.Omnino est cognoscere,sed pro coi- re cum muliere.Ci.eo vsus esse videtur. vt etiã

id ipsum innuit in cognoscere adolescentulũ. 3.vo.or.45. cur te in istam vicinitatem meretri ciam contulisti?cur illecebris cognitis non re- fugisti ? cur alienam vllam mulierem nosti ? DE FACIE aliquem.3.vo.or.96..habet hoc vir tus, quam tu ne de facie quidem nosti. Ita DE FORMA aliquem. Pl.65.. de forma noui , de colore non queo. VIAM. Ter.56.. aurum, ve- stem , & vesperascit, & non nouerunt viam. TERTIVM in aliqua re . Cæ.201. neq; vllum belli tertium casum nossent.

NOTARE. Est signum aliquod rei alicui notio- nis causa apponere.idq; tam in bonis,q̃ in ma lis rebus fit. sed transferendo variam recipit si gnificationem. VESTIGIIS calamistri. 2. vo. or.207..non te illius vnguentorum odor?non vini anhelitus?non frons calamistri notata ve stigiis in eã cognitionẽ adducebat?vbi etiã vi des calamistri vestigia,pro calamistri signis. SI GNA ad aliq in fa.83..notãtur autẽ mihi ad di uinandũ signa duplici quadã via.nũc est obser uare. ALIQVEM furti. Att.42..quos autẽ ipse L. Gellius,& Cn. Lentulus duo censores clarissi mi viri, sapientissimi homines furti, & capta- rum pecuniarum nomine notauerunt. IGNO- MINIA aliquem.in fa.84..deinde vt ineam ci uitatem boni viri,& boni ciues nulla ignomi- nia notati non reuertantur, in quam tot nefa- riorum scelerũ cõdẽnati reuerterunt.i.qbus & captæ pecuniæ,& ignominiæ notam inussere. Ita SCELERE. 2.vo.or.226..homine enim sce- lere,& furore notato,similis a' rep. labes in po sterũ dimouebatur. ORATIONẽ.in or.lib.158.. quod maxime tanq̃ stellis quibusdam notat, & illuminat orationem.i.exornat,illustrat.

NOVARE Aliquid. Att.260.tu mihi de iis rebus, quæ nouantur omnia certa, & clara. Sall.22.. Cos. optimum factu ratus noctem, quæ insta- bat, ante capere, nequid eo spacio nouaretur . & maxime ad malas res accõmodatur verbũ.

NVBERE. Remansit apud nos,vt tantum de fœ minis verbũ hoc vsurparetur, cum mares etiã apud veteres, nubere dicerentur. nubit autem virgo alicui, cũ aliquo,& in rẽ aliq. ego vero nusq̃ legi Cæsar filiã Põpeio nupsit, vt quidã nuper pręcepit,neq; nubi,vt ille ipse,sed nube- re tantum. Ter.13.q aiebant hodie filiam meã nubere tuo gnato. CVM aliquo.Pl.2.qui cum Alcumena est nupta Electri filia. Item Ter.116. pater si ex illa me liberos vellet sibi, aut se esse mecum nuptã,satis certo scio.&c.IN LVctũ.2. vo.or.57..tũ deniq; in familiæ luctũ,atq; priui- gnorũ funus nupsit.IN FVNVS.vide in luctũ.

NVDARE . Verbi natura est , vt sit nudare ali- quid . aperire , detegere . aliquid vero ali- qua re nudare , sit magis spoliare , priuare.

ÆTATEM alicuius.2.vo.or.272.aut si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis. INTELLIGENTIAS. 2.vo.ph.161. & rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ. PRÆSIDIIS aliquem.2.vo.or.211.qui mea pericula nõ modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. DEPRÆCATIOne. vide præsidiis. FREQVENTIA aliq.2.vo.or.224. proscriptionis metu me frequentia nudarent. DEFENSORIBVS. Cę.29.. vt quæq; pars castrorũ nudata defensoribus pręmi videbatur, eò accurere, & auxilium ferre.

NVMERARE. Nota est verbi significatio. constructio vero cũ præpositione maxime variat. ALIQVEM suũ. Att.98.. me anté vterq; numerat suũ, nisi forte simulat alter. i. in suis habet. A SE aliquos. 3.vo.or.210. multi præterea improbi, quos qui dem à se primũ numerare possunt, qui hęc loquuntur. i. a se initiũ sumendo. IN LOCO beneficii. in fa.20. & in mercedis potius, q̃ beneficii loco numerare videatur. IN BENEFICII partem. 3.vo.or.231. qualis igitur hostis habendus is, à quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii partem numeraretur? IN MALIS. 1.vo.ph.234. vt cum ea, quæ supra enumeraui, in malis numerẽt &c. ita in bonis. IN GLORIA aliquid. Sall.76. vt & facta in gloria numeret. i. loco gloriæ habeat. IN MANVM aliquid. Pl.22. si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. IN ONERE aliquid. 1.vo.ph.182.. nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, q̃ humeros, lacertos, manus.

NVNCVPARE. Est nominare. additur tamẽ etiã interdum lingua. de off.64.. nam cum ex duodecim tabulis satis esset cautum ea præstari, quæ essent lingua nuncupata. Item in or.lib. 206.. vt totũ illud, vti lingua nuncupasset. VOTVM. Cæ.121.. paludatiq; votis nũcupatis exeunt. Item. 3.vo.or.185.. neglectisq; sacrificiis solẽnibus ante lucem ea vota, quæ nunq̃ solueret, nuncupauit. Item. 3.vo.or.109. post autem neq; sacrificiis solẽnibus factis, neq; votis nũcupatis profectus est. Vota vero nũcupata erãt Sex. authore, quæ COSS. Prætores cum in prouinciam proficiscebantur, faciebant. quæ in tabulas multis præsentibus referebantur.

NVNDINARI. Est palàm vendere. SENATORIVM nomen. 1.vo.or.133. ab isto & præco, qui voluit, istum ordinem precio mercatus est, & pueri annorum senum, septenumq; denum senatorium nomen nundinati sunt. IVS ab aliquo. 1.vo.or.100.. qui ab isto ius ad suam vtilitatem nundinarentur.

NVNTIARE. Est significare. 1.vo.or.21.. occiso Sex. Roscio primus Ameriam nũciat Manlius Glaucia. &c. NVNTIVM alicui. Pl.253.. sed ego istuc citus pręcucurri, vt nuntiarẽ nuntiũ optabilem. SALVTEM alicui. Att.60.. misit ad me statim qui salutem nuntiaret. in fa.102. Pl.156.. .i. qui salutem diceret. VOLVPTATEM alicui. Ter.14. voluptatem magnam nuntias.

NVTARE. Nutamus capite, nictimus oculis, annuimus, aut naribus, aut labiis inquit No. IN RE. 2.vo.ph.65.. nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, & in eo nutare. nunc est non recte consistere.

NVTRICARI. Pro nutrire protulit Ci.2.vo.ph. omnium autem rerum seminator, & sator, & parens (vt ita dicam) atq; educator, & altor est mundus, omniaq; sicut membra, suas & partes nutricatur, & continet.

O

OBDERE. Est claudere. Pl.79. forem obde. Ter. 38. pessulum obdo hostio.

OBDORMIRE. Est longum dormire. 1.vo.ph. 168. Endymion vero (si fabulas audire volumus) nescio quãdo ni Lycio obdormiit. CRAPVLAM. Pl.128.. vbi somnum sepeliui, omnẽq; obdormiui crapulam. nunc est concoquere.

OBDVCERE. Est tegere, inducere, circunducere. CAPVT. 2.vo.or.93.. carnifex vero, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit. TENEBRAS alicui rei. 1.vo.ph.5. conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. TERRAM alicui. 2.vo.ph.183. quã cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obserebatur. CICATRICEM. 2.vo.or.88. ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer. i. quæ iam coisset. DIEM posterum. Att.255. nono Cal. igitur ad siccam, ibi tanq̃ domi meę. f. itaq; obduxi posterum diem. CALLVM dolori. 1.vo.ph. 182.. & ipse labor, quasi callum quoddam obducit dolori. Item. 1.vo.ph.202. Att.1. vt mihi videatur nõ esse ἀδύνατον curium obducere. mos videtur fuisse in petẽdo, vt qui peteret, circunduceretur ab aliquo principe viro.

OBDVRARE. Contra aliquid. 1.vo.ph.98. aut quis contra studia naturæ tam vehemẽter obdurauit? idest tam obstinare contra sentit &c.

OBDVRESCERE. Ad aliquid. Att.289. obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi. i. duriores fiũt. ET ALIQVID aliqua re. in fa.26.. magno dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset

omnes

omnes molestias,& diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouũ. Item.71.quorũ alii occiderunt,alii nescio quo pacto obduruerunt.i.nihil iam sentiunt. sumptum autẽ est a' lapide,qui duritia sua nullos grauissimos ictus sentit.FRIGORE aliquem.1.vo.or.220..ita Sopater de statua C. Marcelli cũ iam pene obduruisset,vix viuus aufertur.paulo enim supra est in aere,in hymbri,in frigore.

OBIRE. Diuersa pro præpositionis natura,qua compositum est verbum,significat,vt in singulis exemplis exponetur. REGIONES.1.vo.or.145. cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? DOMOS aliquorum.3.vo.or.41.quo facilius & nostras obire domos,& ipse a' suis coli posset, conduxit in palatio non magnã domum.Ita VILLAS alicuius.in fa.95..tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuę sustenta,& tuere,vt facis,vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. COENAS. Att.149.. quas eo enim cœnas,& facere, & obire scripsit,ad me Sestius.i.adire, circuire. HÆREDITATES.2.vo.or.62.hæreditatũ obeũdarum causa quibus vos legationes dedistis.i.quasi aucupari. CIVITATES omnes.1.vo.or.133.. nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates.i.recenseam. COMITIA. Att.3.nunc vero sentio quod cõmodo tuo facere poteris. venias ad id tẽpus,quod scribis, obieris Q. fratris comitia,nos longo internallo viseris, ac vlpianam rem transegeris.i.studebis Q.fratri.ANNVM petitionis suę.in fa.159.. multi clarissimi viri,cum reip. darent operam annum petitionis suæ non obierunt.i.non petierunt.ob enim vtrobiq; circum significat, vt sit ire circum omnes rogando,vt sibi adsint in petitione. PROVINCIAM.1.vo.or.252. nam æstate summa, quo tempore prætores cæteri obire prouinciam,& concursare consueuerũt. Item.241. SICILIAM.1.vo.or.67.. ego siciliã totã quinquaginta diebus sic obii .i. lustraui. ASIAM.2.vo.or.128..Asiam istam refertam, & eandem delicatam sic obiit,vt in ẽa neq; auaritię,neq; luxuriæ vestigium reliquerit.nũc magis est administrare. LEGATIONEM.1.vo.ph.2.in legatione illa nobili,quam ante censuram obiit. Item.2.vo.or.75. ÆGYPTVM legatum aliq.de off.127.& obieris legatus Ægyptũ, Syriam,Asiam,Greciam.&c.i.legatus fueris in his locis. VADIMONIVM.1.vo.or.9.. qua tibi vadimonium non sit obitum,eadem te hora consilium cœpisse hominis propinqui fortunas funditus euertere.Item.9..vadimonium mihi nõ obiit qdã socius, & affinis meus.i.ad diẽ in iudicio non affuit, vadimoniũ deseruit. DIEM auctionis.Att.108.& tamẽ obire auctionis diem poterunt(est enim III. Iduum)si me in Thusculano postridie nonarum mane conuenerint. DIEM edicti.3.vo.or.187.diem edicti obire neglexit.de off.96..qui diligentissime illum diem, & illud munus solitus esses obire. in qbus itẽ exẽplis significat adesse. CVPIDITATEM. Sall.129..quibus illi flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeũdam.i.exequendam.LIBIDINES. Sall.138..versatã semper in obeundis libidinibus. CONSILIVM. Sall.136.vel exiguam moram ipsius curiæ consiliis obeundis .i. exequendis. DIEM suum. in fa.50. quæ si hoc tempore non suum diem obisset,paucis post annis tamen ei moriendum fuit. MORTEM. Ter.5..is obiit mortem.Item.56..ea obiit mortem. Item.2.vo.or.27.aut obeunda mors Cluentio,aut suscipienda accusatio fuerit. Item in or.lib.171.. 1.vo.ph.172. multa mihiipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ vtinam potuissem obire.idest perficere. SOLEM. de off.129.. quis in reliquis orientis,aut obeuntis solis vltimis,aut aquilonis,austri'ue partibus tuum nomen audiet?est solem occidere. LOCVM, & tempus facinoris alicuius.3.vo.or.106..quam nisi obire facinoris locum,tempusq; voluisset, nũq̃ reliquisset. est locum tempusq; deligere ad facinus accõmodatum.

OBIECTARE. Est crebro obiicere. ALIQVID alicui. Sall.476. at obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum.

OBIICERE. Est modo crimini dare,& tunc dicimus aliquid, & de aliquo obiicere. modo est offerre. & dicimus aliquid alicui, vel in aliq. idq; tam de bono, q̃ de malo. ASIAM alicui. 2.vo.or.126..obiecta est enim Asia.i.crimini data.IGNOBILITATEM alicui.3.vo.or.186.ignobilitatem obiicit C. Cæsaris filio.i.negat esse nobilem. ALIQVID vt probrũ.1.vo.ph.148.. in qua obiecit vt probrum M. Nobiliori,q; is in prouinciam poetas duxisset. DE RE aliqua alicui.in fa.169.& te miramur,cum hæc reticueris,non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cęsaris obiiceres.tantundem est,ac si dixisset Cæsaris mortẽ. VITAM telis.3.vo.or.60.qui nullis præmiis propositis vitam suam hostium telis obiecerit.i.obtulerit. Ita periculo.ita morti, & in cæteris huiusmodi. CIVES suos. in fa.13.qui meos ciues, & a' me conseruatos,& me seruare cupientes spoliatos ducibus,seruis armatis obiici noluerim. FVROREM alicui.1.vo.or.24. quæ res igitur tantũ istum furorem Sex.Roscio obiecit?idest in tantum furorem Sex.Roscium adduxit? ERROREM alicui.1.vo.or.286. siquis vobis error in tãta re sit obiectus.i.si vobis dubiũ creatus.

FVNVS alicui. Pl.3..quod multa Thebano populo acerba obiecit funera.i.multos ex Thebanis iterfecit. NEGOCIVM alicui.Pl.62.ita nūc subito, propere, celere obiectū est mihi negocium. PRÆPEDIMENtum alicui. Pl.206..neu fallaciæ prępedimentū obiiciat.i.ne impediatur fallacia. LÆTITIAM. Ter.59. vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obiicerē domi.i. afferrem. RELIGIONEM alicui.1.vo.or.63..vt præfecto illi religionē veneris, nomenq; obiiceret. vulgo far conscientia. SIGNVM alicuius rei.2.vo.ph.96..nec eam rem habuit religioni obiecto signo, vt peritis videbatur, ne cōmitteret prælium. IVMENTA machinæ Cæsar dixit pro adiuncta.inquit enim.195.præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerāt, subiectisq; eis rotis, funibus, iumentisq; obiectis, directis plateis in quamcunq; erat visum partem, mouebant.

OBIVRGARE. Est accusare, inclamare, inqt DO. obiurgamus vero turpe factum, cum moneamus anteq̄ cōmissum sit, authore Sex. & obiurgamus aliq. de aliqua re. ALIQ. Att.3.. eas literas ad eum misi, quibus & placarem, vt fratrem, & monerem, vt minorem, & obiurgarē, vt errantem. Item Ter.3..nec satis ad obiurgādum causæ. DE ALIQVA re. Att.22..quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas. MOLLI brachio vi. supra.

OBLECTARE est delectationem afferre. Et dicimus oblectare aliquid re aliqua, in re aliqua, & se cum aliquo. Ter. te oblectet, tibi habe. SENECTVTEM aliquid. Ter.131..habebis quę senectutem tuam oblectet. ALIQVA re aliq. Att. 290.non solum vt diutissime te iocūda opinione oblectarem. Pl.215.. amabo num hi falso oblectant gaudio? IN ALIQVA re aliq. Ter. 77.in eo me oblecto. solum id est charum mihi. CVM ALIQVO. Ter.82..Tu cum illa te intus oblecta iterim. neq;.n.dicerē oblectaui Cæsarem cum Terentia.i.cum Cęsar ex Terētia delectationem cæpisset. sed tantum reciproce.

OBLIGARE. Est circunligare, obstringere, deuincire. VVLNVS.1.vo.ph.183.vt vulnus obliget. i.circūliget. Item.183.medicum modo requirens, a quo obligef. NEXV aliq.2.vo.or.124.. is periculum iudicii pręstare debet, qui se nexu obligauerit. SCELERE. 2.vo.or.217.PO.q; RO.scelere obligasses.i.scelere PO.RO.coinquinasses, obstrinxisses, sontem quodāmodo PO. RO.tuo scelere fecisses. PERICVLO iusiurandi.1.vo.or.144..cum interrogabuntur, obligētur non solum iusiurandi, atq; existimationis periculo, sed etiam cōmuni inter se consciētia. Ita BENEFICIO. de off.47..hi ne obligari quidem beneficio volunt. SACRAMENTO. de off.8..secundo cum obligaret militiæ sacramēto. IVDICIO.1.vo.or.70..propterea quod eos intelligere videbam, me hoc iudicio districtū, atq; obligatum futurum.i.valde impeditum. POENIS legum. 1.vo.ph.58..sæpe etiam legū, iudiciorumq; pœnis obligantur.i.retinentur.

OBLIGVRIRE. Est idem significatu, quod ligurire. FORTVNAS suas. 2.vo.or.106. fortunas suas obligurierant. Item Ter.29..itidē patris qui obliguierat bona.i.qui suauibus escis consumpserat. DO. ait.

OBLINERE. Est superintegere. vt cęra, cœno aliquid. transfertur tamen. CÆRA, cœno.1.vo. or.170..nō cæra, sed cœno oblitæ esse videanf. VNGVENTIS.1.vo.or.154.sed vnguentis oblitus, vino, vigiliisq; lāguidus. in or.lib.169.atq; ita peregrinara tota Asia est, vt se externis oblineret moribus. TVRPITVdine, DEDECOre, STVLTItia, INHVMANItate.1.vo.or.149..cū summo dedecore, ac turpitudine, tum singulari stultitia, atq; inhumanitate oblita.

OBLITERARE. Est obscurum facere, & in obliuionem ducere authore No. OFFENSIONĒ.2. vo.or.208..qui cum mea sentētia voluntas eorum in priuato iudicio esset offensa, beneficii memoria priuatam offensionem obliterauerunt i.deleuerunt.

OBLIVISCI. Notum est quid significet. obliuiscimur vero aliquid, & alicuius. vt in fa.132. & tandiu, dum ades, sunt oblitæ sui. MANSVETVDINIS.3.vo.or.130. si iam obliuisci vestræ mansuetudinis volueritis. INIVRIAS.3.vo. or.47..obliuiscere iam iniurias clodia.

OBLOQVI. Est quasi respondere. de quo verbo Seruius super illud Virg. obloquitur numeris septem discrimina vocum. obloqui enim non est, nisi contra loquentem loqui, non autē maledicere, vt alias. in qua tamen significatione Lau. Vall. dicit se nescire vtrum reperiatur. sed pro vicina, quæ est in contrarium loqui, adducens locum in 2.vo.or.30..tamē vocat me alio iandudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur. Pl. tamen in eam significationem accipere videtur. vbi ait.59. Ph. lenonis hę sunt ędes. Pa. male istis eueniat. Ph. quić Pa. quia scelestam seruitutem seruiunt. Ph. obloquere. Pa. fiat maxume. Ph. etiam taces? Pa. nempe obloqui me iusseras .i. his maledicere.

OBNVNTIARE. Qui malā rem narrat, obnuntiat, qui bonam, annuntiat. nam proprie obnūtiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, sæuumq; vident. DO. ait. 3.vo.or.20.. venit in templum Castoris, obnuntiauit consuli. Itē Att.56..hęc tamen summa, nisi Miloni C. Appius obnuntiasset comitia futura ante diē XII. Cal. &c. Item.3.vo.or.176. augur auguri, Cons.

consuli obnuntiasti. hoc enim modo comitia impediebantur, cum augur de cœlo aliquid sæui se seruasse diceret.

OBORIRI. Est adnasci teste Sex. DOLORES alic. Pl.250.. vteri dolores mihi oboriũtur quotidie.

OBREPERE. Est tacite, & clanculum aduenire. DIEM. Att. 92. obrepsit dies, vt vides, mihi enim ad III. Calendarum sextilis de prouincia decendendum est.

OBROGARE. Est legis prioris infirmandæ causa legem aliam ferre, authore Sexto. Att. abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat.

OBRVERE. Est operire siue aqua, siue terra, seu re quapiam alia. per translationem tamen ad alia etiam trãsit. idq; tam de bono, q̃ de malo. LAPIDIBVS aliq. de off.61.. Crysillum quendam suadentem, vt in vrbe manerent, Xerxẽq; reciperent, lapidibus obruerunt. VINO aliq. 3. vo. or. 189.. ipse autem se vt fratrem imitetur, obruit vino. ÆRE alieno. Att. 23. Thusculanũ, & Pompeianum me valde delectant, nisi q; me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non corinthio, sed circunforaneo obruerunt. SERVITIO temp. Sall. 136.. & quam temp. seruitio non potuerat obruere, distrangulandam penitus, ac tollendam cogitauit. OBLIVIONE. in or. lib. 169.. & id ipsum nisi vnius esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset. VERBIS 1. vo. or. 62. mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modo verbis te obruat. DECRETVM. 3. vo. or. 241.. quod si ea, quę decreuimus obruere volumus, num etiam memoriam rerum delere possumus? i. tollere. ALIQVEM re aliqua. Att. 190. quapropter hoc te primum rogo ne contrahas, aut demittas animum, neue te obrui tanq̃ fluctu, sic magnitudine negocii sinas. GVBERNATOREM. Att. 290.. tibi data est summa pax, summa tranquillitas, ita tamẽ vt ea dormientẽ gubernatorẽ vel obruere, vel vigilãtem etiam delectare possit. in or. lib. 94.. id etiam, illa, quæ laudanda sunt obruit. i. obtenebrat, obscurat. SPLENDORE aliq. 1. vo. ph. 99.. omnis ista rerum in corpore harũ æstimatio, splendore virtutis, & magnitudine obscuretur, & obruatur, atq; intereat necesse est.

OBSATVRARE Alicuius rei. Ter. 70. næ tu propediem (vt istam rem video) istius obsaturabere. quod est corporis ad animum transtulit, ait Do. i. nimiam de filio capies satietatem.

OBSCVRARE. Est obscurum reddere, tenebris inuoluere. COETVS nefarios. 2. vo. or. 98.. si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocẽ coniurationis tuæ potest. i. tegere. PERICVLVM. 1. vo. or. 177.. q; magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinẽ. i. ne videret quãtũ periculum esset, efficiebat lucri magnitudo.

OBSECRARE. Orare est placidos petere. obsecrare vero iratos rogare. Ter. 13. ne me obsecra. Item. 26. non si me obsecret. Vbi significanter dixit inquit Do. cum placidi orentur. irati vero obsecrentur.

OBSECVNDARE. Est ad alterius nutum omnia facere. Do. ait. IN LOCO. Ter. 69. qua causa id fiat obsecundato in loco. idest cum opus erit mihi subseruito.

OBSEQVI. Est morẽ gerere. & alicui, & aliquid alicui, & de aliquo. STVDIIS amicorum. Ter. 2.. eorũ obsequi studiis. Ita ANIMO. Pl. 5. qui cõplexus cum Alcumena cubat amans, animo obsequẽs. Item Ter. 77. OMNIA alicui. Ter. 99.. qa nõ ista prorsus omnia omnino obsequor. DE RE. 2. vo. or. 49.. quamobrem Cluẽti de te tibi obsequor, neq; ego legem recito, neq; &c.

OBSERVARE. Duo significat hoc verbum. nã modo est aliquẽ honorare, & veneratione prosequi. modo rem custodire, atq; adnotare. quarum superioris est obseruantia, posterioris vero obseruatio. ALIQVID. Ter. 2.. obseruabam mane illorũ seruulos venientes, aut abeuntes. Item. 10. FRVMENtationes. PABVLAtiones. Cę. 81. omnes nostras pabulationes, frumentationesq; obseruabat, dispersosq; cum longius necessario procederent, adoriebatur. SIGNA. in fa. 83.. sed habeo alia signa, quę obseruem. i. notem, considerem. IMPERIVM. Sall. 58.. eorum multitudinem in vnum cogit, ac paulatim consuefecit ordines habere, signa sequi, imperiũ obseruare. i. imperio audientes esse, obedire. ALIQVID. 1. vo. or. 16. tu id quemadmodum obseruas? idest seruas. Att. 1.. obseruat. L. Domicium maxime, me habet proximũ. nunc ad honorem pertinet.

OBSIDERE. Est circunsidere. nam ob modo circum significat, vt Sex. ait. VIAS. Cæ. 58.. obsessis omnibus viis nuntii intercipiuntur. ALIQVEM re aliqua. 2. vo. or. 204.. quę illo ipso tẽpore cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non. &c. TEMPVS. 1. vo. or. 67.. vt perspicuum cuiuis esse possit, hominem ab isto quęsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. i. tempus longe mihi angustius redderet.

OBSIGNARE. Est aliquid signo aliquo adnotare. EPISTOLAM. Att. 241.. obsignata tam epistola. LAGENAS. in fa. 266. plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagenas etiam tenues obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ, quæ furtim essent exiccatæ. Pl. dixit aliũ sermo obsignant cum sale. i. clausum

tenent. TABELLAS.1.vo.or.12.eius rei conditionisq; tabellas obsignauerunt viri boni cõplures. Ascõ73..dabo inquit,siquis tabulas testamenti bene obsignatas protulerit. 1.vo.or.86. quæ cognoui egomet apud istum in ædibus nuper cum obsignandi causa venissem.

OBSISTERE. Est proprie resistere. VITIIS. de off.40..tum vero iis vitiis,quibus alii non facile possunt obsistere. STVDIIS alic. de off.101. studiis enim generorum præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. DOLORE.1.vo.ph.186.sic obsistat dolore. OBVIAM alicui. Pl.14. nec quisq̃ iam audax fuat homo,qui obuiam obsistat mihi.

OBSOLESCERE. Est deficere,inueterascere,a cõsuetudine recedere. ALIQVID. 2.vo.or.64.. non dico solum hoc in rep. vectigal esse,quod omissis aliis intermaneat,intermissis, non cõquiescat,in pace niteat,in bello non obsolescat.i.nihilo minus vilescat. CARTAS.3.vo.or.46.cartę quoq;, quæ illam pristinam seueritatem continebant,obsoleuerunt. SPLENDOREM alic. 1.vo.or.30.. cuius splendor omnis his moribus obsoleuit.i.obsorduit.

OBSONARE. Obsonium est quicquid additur in conuiuiis pani & vino. vnde obsonare, & obsonari est id in prandium, seu in cœnã emere,tumq; dicimus obsonare,& obsonare obsonium.interdum est altę loqui, & quasi vel obloquendo obtũdere.& tum dicimus obsonare alicui re aliqua, vt in exemplis. Ter.11. vix, inquit,dragmis obsonatus est decem.Pl.254.aut egomet ibo,atq; obsonabo obsonium. FAMEM. 1.vo.ph.247. respondisse se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem.i.comparare. sed quia ad cœnam pertinebat, dixit obsonare. nam fames optimum obsonium est. SERMONE. Pl.183.. male morigerus male facis mihi,cum sermone huic obsonas. Ps. taceo. nunc est, alta voce loqui.

OBSTINARE. Est offirmare. AFFINITATEM. Pl.36. ea affinitatem hanc obstinauit gratia .i. obstinate eam affinitatem expetit.

OBSTREPERE Alic.re aliqua. LITERIS alicui. in fa.62. quæ res fecit,vt tibi literis obstrepere non auderem.

OBSTRINGERE. Est aliquid arcte illigare.SPE, donis,& rebus aliis. 2.vo.or.57.. donis muliebribus, collocatione filiæ, spe hæreditatis obstrinxit.i.deuinxit. BENEFICIO aliq.2.vo.or. 237.qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. ÆRE alieno aliquẽ. in fa.172..tantum abest,vt meæ rei familiaris liberũ sit quicquam,vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.i.vt mea etiam causa amici pecuniã mutuati sint. LIBRIS se. PRÆDIBVS se. Att.86.præsertim cum sex libris,tanq̃ prædibus me obstrinxerim .i. deuinxerim, obligarim. RELIGIONE aliq.3.vo.or.176.obstrinxisti Po. Ro. religione,augur auguri, Cos. consuli obnuntiauisti. Item Att.101. Item in or.lib.133. est religione impedire, quo minus quid fiat. SCELERE. de off.55. num igitur sese obstrinxit scelere, siquis Tyrannum occidit quamuis familiarem?Item.1.vo.or.216.idest scelerate se .citę PARICIDIO se.3.vo.or.237.nefarioq; patrię se paricidio obstrinxerit.PACTIONE.3.vo. or.86.hac tamẽ obstricti pactione tenebamini.

OBSTRVERE. Modo est se aliqua re cõmunire, circunsepire,idq; etiam de malo.modo aduersario aliquid occludere. vt SCELERE se.1.vo. or.77.. neq; iste mihi videtur se ad damnationem offerre solum,neq; hoc auaritię supplicio cõmuni,qui tot sceleribus se obstruxent, contentus esse, singularem quandã pœnam istius immanis,atq; importuna natura desiderat. PERFVGIVM sibi.2.vo.or.182. munire cõmunem arcem bonorum,obstruite perfugia improborũ.i.vias precidite nequo aufugere possint,ne quem implorent,habeant,efficite.

OBSTVPEFACERE. Pudorem aliq. Ter.128..nõ potuit cogitata proloqui, ita eum tam timidum obstupefecit pudor.

OBTENDERE Aliquid. Att.192..multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusq; natura. idest protegitur.

OBTERERE. Laudem alic. 1. vo.or.235.. ne ne obteri laudem imperatoriam criminibus auaritię velitis.idest obrui,tolli.Item.2.vo.or.195. qui nouam rationem suscitant, veteres maiorum obterunt laudes.i.non solum obscurant, sed etiam penitus tollunt.

OBTESTARI. Do.ait esse,cum per ea aliquẽ adiuramus,de quibus agitur.vt Ter.13. per vnicã gnatam, & gnatum meum, & Virg. illiaci cineres,& f.e.m.t.i.o.v.Item obtestatio est,quãdo eum adiuramus,quem rogamus.

OBTICERE. Tacemus consilia,vt, nec tacui demens. reticemus dolores,vt ne verere,ne reticę.obticemus,quorum nos pudet. vt Ter.43.. virgo cõscissa veste lacrumans obticet.Do.ait. idq; vel sæpius repetit.

OBTINERE. Proprie est quod cõtendas assequi. sæpe pro suo simplici ponitur.sępius pro altero cõposito retinere. & ad quasdam etiã alias significationes se accõmodat. vt in exemplis. GRADVM ciuitatis. in fa.8. non dubito quin adeptus intelligas te facillime obtinere summum,atq; altissimum gradum ciuitatis.i.consequi. CAVSAM. 1.vo.or.113.. pecuniæ maximę dabantur,qui dabantur,qui dabant,causas obtinebant.

obtinebant.i.pro illis iudicabatur.ad Her.15.. Att.117.malas causas semper obtinuit,in optima concidit.i.superior fuit in malis causis, in optima concidit. NVMERVM aliq. de off. 41.. at eius filii nec viui probabantur, & mortui numerum obtinent iure cæsorum. ideft numerantur in iure cæsis. GRAVITATEM. 2. vo.or.170..quorum alter apud me parētis grauitatem,alter filii suauitatem obtinebat.i.quorum alterum patris, alterum filii habebam loco. AVTHORITATEM. Asc 9.ea porrò apud Catonem maternam obtinebat authoritaté.i. habebat.ANTIQVVM. Ter.19.optime hospes pol Crito antiquum obtines. vel absolute est dictum.ideft antiquorum bonitatem. vel eius ipsius bonitatem commendat pristinam. quia idem alibi dixit.121. antiquam adeo tuam venustatem obtines.& est nihil de pristina natura aliqué mutare. Item Pl.125.Seni non otium erat,id sum operitus. TE. antiquum obtines. hoc tuū est,ut tardus sis.FIRMItudiné animi. Pl.23..si istá animi firmitudiné obtines,salui sumus.i.seruas,retines. LICENTiam rei. Att.156. hi sunt, qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarunt licentiam cupiditatum suarum.SPIRITVM perpetuum. in or. lib.206. .aut in eisdem causis perpetuū,& eūdē spiritū sine ulla cōmutatiōe obtinebis?i.seruabis?retinebis? DIGNITATé.in fa.58.ego autē si dignitas est bene de rep. sentire, & bonis viris pbare quod sentias,obtineo meá dignitaté.i. retineo. PROVINCiam.in fa.215.. quare velim quicquid habet negocii,des operam,quod cō modo tuo fiat, vt te obtinente Achaiam conficiat.Itē.3.vo.or.229..adiungēdus est Q.Hortēsius,qui Macedoniá obtinebat.ita REGNVM. Sall.84..PO.RO.antea obtinebat regna, atque imperia,fortunam dono dare.ita PRINCIPAtum.Cæ.2.qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebant. ita PRINCIPEM locum. Cæ.3.cuius legationis Numerius, & Verodoctius principem locum obtinebant. STATIONES.Cæ.135..hę ad insulam,quę est cōtra Massiliam, stationes obtinebant. ET IN nauibus. Cæ.200. Reliquæ copię in nauibus stationem obtinebant.

OBTINGERE. Verbum vbiq; in casu,& sorte positum est.PROVINCIAM. Att.10.Asiam Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti. QVÆSTOrem alicui.in fa.30.mihi quęstor optatior obtigisse nemo potuit. Item.29.. EX SENTENTIA aliquid. Ter.66.istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. Ita QVOD vult. Ter. 141.lętus sum, vt vt res sese meę habent, fratri obtigisse quod vult.

OBTRECTARE. Est contra sententiam tractare autho.sex.item obtrectator est,qui facit aliqd cōtra recte tractantem. obtrectationé vero ita diffinit Ci.1.vo.ph.212..obtrectatio aūt ea est,q̄ intelligi Zelotypiam volo,ęgritudo,ex eo,qd alter quoq; potiatur,quod ille ipse cōcupiuerit.& alicui,& aliquem obtrectamus.ALICVI. in fa.131..non tā id laboro,ut si qui mihi obtrectent,à te refutentur.i.maledictis mordeant. ALIQVEM. 3.vo.or.225.hanc tibi consuetudinem plerisq; in rebus bonos obtrectandi siqs detruxerit.

OBTRVDERE Aliquid alicui. Ter.6. ea quoniá nemini obtrudi potest,itur ad me.i.impingi.

OBTVNDERE. Fabrorum est propriæ, qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo,& idé obtundunt,& hebetant, transfertur tamen, vt in exemplis. MENTEM.1.vo.ph.165.multa enim ex corpore existunt,quæ acuant mentem, multaq;, quæ obtundant. AVRES alicuius. in or. lib.218. ne breuitas defraudasse aures videantur, neue longitudo obtudisse. Item.2.vo.or. 194.. Ita DEOS dixit Ter.70. ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere. ÆGRITVdinem ali. 1.vo ph.198. nihil est enim quod tā obtundat,eleuetq; ęgritudinem,q̄ perpetua in omni vita cogitatio,nihil esse,quod accidere non possit.i.extenuet,minuat,debiliorem reddat.ALIQVA RE.Att.118.ego si somnum capere possem,tam longis te epistolis non obtūderem. DE EADEM RE. Ter.78..Ausculta ne me obtundas de hac re sæpius.ita ROGITANDO. Ter.36.quoquo eam rogitando,obtūdat.

OBTVRARE. Est claudere. OS. Pl.250.omnibus os obturent,nequis merito maledicat sibi.

OBTVRBARE. Loquentem. Ter.22. ita ne vero obturbat?ideft interpellat.

OBVENIRE. Et huius verbi significatio maxime in casu versat. vt obtingere,euenire.SORS. IVDICIVM. IVDICES alicui.2.vo.or.48. iubet lex ea,qua lege hęc quęstio constituta est, iudicem quęstionis.hoc est Q. Voconium cū istis iudicibus,qui ei obuenerint(vos appellat iudices) quærere de veneno. PROVINCIA. 1. vo.or.112.qui simul atq; ei sorte prouincia Sicilia obuenit,statim Romæ.&c. VITIVM. 3.vo. or.176.id igitur obuenit vitiū,quod tu iam Calendis Ian. futurum esse pręuideras. HÆREDITATEM alic. 1.vo.or.112.. ita HS vndecies Q. Dionem,q hæreditas ei obuenisset, nullá aliá ob causam perdidisse. ALIQVEM alicui. Att. 29.. sed eas etiam daturus, vt putaram, postridie ei,q mihi primus obuenisset.i occurrisset.

OBVERSARI Aliq. ante oculos.3.vo.or.4. sed mihi ante oculos obuersatur,& reip.dignitas. IN ANImo aliq.1.vo.ph.186.obuersent species honestę in animo. est crebro offerri ante ocu-

los, & in animo quicquid est, quod obuersat.
OBVERTERE. Os. in fa.143. in eo igitur inquis cōuiuio Cicero ille, quem spectabāt? cuius ob os grai ora obuertebant sua, idest aduertebāt, quem admirabantur.
OCCALLESCERE. Att.35.. de statio manumisso, & nōnullis aliis rebus angor equidem, sed iam prorsus occalui. i. obdurui.
OCCARE. Tantum ad semen pertinet. est autem occare rastris, & cratibus semen tegere. de off. 87.. primum id occatum cohibet.
OCCÆCARE. Re aliqua aliq. 1.vo.ph.55.. occæcati cupiditate non prouident.
OCCIDERE. Nunc vero est interficere, a cędo, f. factum. quo verbo, vti etiā interficere, mire veteres in inanimatis etiam vtebantur. vt Pl 119.. occisa hæc est res. ALIQVID. Pl.77. per omnes deos, & deas deiurauit hac eum nocte occisurum, qui cum cubaret. Ter.97. occidunt me dum nimis sanctas nuptias student facere.
OCCIDERE. Cum est interire. SPACIVM. Pl. 252.. sed spacium hoc occidit, breue est curriculo. scilicet iam confectus est cursus, iam metæ appropinquatur. BENEFICIVM. 3.vo.or.121. vosq; obsecro iudices, vt vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salutem augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis. i. interitura. REMP. in fa.45.. profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus.
OCCIPERE. Idem est cum incipere. Ter.42. si quid narrare occepi. QVÆSTVM. Pl.45.. nunc hic occipit quæstum hunc filii gratia inhonestum, & maxime alienum ingenio suo, homines captiuos commercatur, si queat aliquē inuenire, suum qui cum mutet filium. Ter.2.. ACCEPIT conditionem, dein quæstum occipit. Item.80.. verū cogito id quod res est, quādo eum quęstum occeperis, accipiunda & mussitanda iniuria adolescētium est. vbi cum hac voce quæstu semp de turpi lucro poni vides.
OCCLVDERE. Est contra aliquid claudere. HOSTIVM. Pl. occlusit hostium ancilla. LINGVAM. Pl.153.. quippe si rescituere inimici consilium tuum tibi tuopte cōsilio occludunt linguam, & cōstringunt manus, atq; eadem, quæ illis voluisti facere, faciūt tibi. i. cogunt tacere. LIBIDINEM contumeliis. Ter.13.. dumq; eius libido occlusa est contumeliis. i. impedita.
OCCVLTARE. Est clam aliquid tenere. LVMEN. Pl.59.. tace, occultemus lumen, & vocē. VOCEM. Pl. 59.. tace, occultemus lumen, &
OCCVMBERE. Est mori. & mortem etiam occumbere dicimus. Pl. hæc enim postq̄ pater occubuit, nata est. MORTEM. 1.vo.ph.170.. vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. morti etiam dixit Maro.

OCCVPARE. Est modo præoccupare, modo vi capere, interdū inuadere, & multa alia significat, vt in exēplis facilius videbitur. LOCVM. Att.114. tamē aiunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincire præsidiis. POSSESSIONEM rei. in fa. 147. non medius fidius mediocri dolore afficiebar, cum alii occupare possessionem laudis viderentur. ALIQVID. de off.5. sunt autē priuata nulla natura, sed aut veteri occupatione. &c. REMP. Sall.85. per idē tempus maledictis iniquorū occupandæ reip. in spem adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua. AGRVM. 2.vo.or.80. qui tantum agri in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. REGNVM. Cę.2. vt regnum in ciuitate sua occuparet, quod ante habuerat. ALIQVEM. Ter.7.. mors cōtinuo ipsam occupat. TIMOREM aliq. Cę.13. tātus subito timor omnem exercitum occupauit, vt non mediocriter omnium mentes animosq; perturbaret. i. inuasit. ANIMOS. Att.173.. tanta enim desperatio rerum eius omnium regum, & populorum animos occuparat, vt quo &c. i. inuaserat. ARGENTVM. Pl.92.. atq; id non decem datū occupatum tibi erit argentū dies. PECVNIAM fœnore. 2.vo.or.157. pecuniā adolescentulo grādi fœnore fiducia tamen accepta occupauisti. Item.158.. ac tum quidem Tralliani cum ipsi graui fœnore istam pecuniam multos annos occupauissent. i. in fœnus collocassent. Item. 1.vo.or.95. præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat. ANIMVM in aliqua re. Ter.101. ita populus studio stupidus, in funambulo animum occuparat. i. attēte, & cupide funipetam spectabat. ALIQ. in amore. Ter.19.. perpulisti me, vt homini adolescentulo in alio occupato amore &c. i. impedito alio amore. REM suam. 2.vo.or.4.. quorū magnę res aguntur in vestris vectigalibus occupatæ.
OCCVRRERE. Est obuiam fieri. idq; tam inimice, q̄ amice. Att.37. domus celebratur, occurritur, renouatur memoria cōsulatus, studia significantur. i. honoris causa mihi obuiā itur. ALICVI re aliqua. Att.81. atq; eo magis, q̄ tu abes qui consilio, gratia, studio, multis rebus occurreres. i. prouideres. NEGOCIIS. Att.290.. siue etiam vltro occurras negociis. i. obuiam eas. REI alicui. in fa.50.. hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. i. prouidere, & occupare tua sapientia, quod tempus allaturum sit. SVBSIDIO alicui. Cæ.223. uerum. M. Petreius, & Cn. Piso cū equitibus Numidis M.C. electis, peditatuq; eiusdem generis satis grandi ex itinere recta subsidio

fubfidio fuis occurrerat obuiā.i.iuerat. SVPPETIAS alicui. Cæ.238..interim Labienus cū uniuerfo equitatu fugientibus fuis fuppetias occurrit. Item.239. copias hoftium iis legionibus occurrere fuppetias .i. obuiam,eis eundo fuptiarum ferendararum gratia. EXPECTATIONI.2.vo.or.30.fed ego occurram expectationi ueftrę iudices.i.ftatim ad id veniam,quo me vocat expectatio veftra. SAPIENTIÆ alicui.2.vo.or.305..itaq; in hifdem rebus ferè uerfor,& quod poffum iudices occurro ueftrę fapientiæ.ut expectationi.i.ad id refpondeo, quod ad ueftram fapientiam attinere arbitror. MENTI aliq. 3. vo.or.9. facilius facta eorum occurrent veftris mentibus. VETERANIS. in fa.177. & quibus rebus poteft occurri veteranis, occurras . ideft prouideri. CONSILIIS. 2.vo.or.143. horum ego quotidie confiliis occurro, audaciam debilito, fceleri refifto. ideft obuiam eo , inimice nunc . Item.1.vo.or.76. ut malitię illorū confilio noftro occurramus .i.refiftamus. Ita MALEVOLENTIÆ alicui.in fa.173.maleuolentię hominum in me,fi potere tis occurras.ideft te te opponas. Item.1.vo.or. 597.non effe deiectum eum,cui vi,& armis ingredienti fit occurfum. MACHINATIONIbus.Cę.196..ita operofis Alexandrinorum machinationibus,maximisq; conatibus non longi temporis labore occurfum eft.

ODISSE. Peius aliquē.in fa.96. fortaffe oderam multo peius hunc,q̄ illum ipfum Clodium.

ODORARE. Et odorari,utroq; enim modo dicitur.eft ex odore aliquid deprehēdere , odor enim quafi olor ab oleo,unde odorare. VOluptates.2.vo.or.207.hi uoluptates omnes ueftigant,atq; odorant. ALIQ. Att.60.tu uelim & Fabium,& fi quem habes alium, odorere,& iftum conuiuam tuum deguftes. DICTATVRAM.Att.65..& eft nō nullus odor dictaturę.

OFFENDERE. Modo eft inuenire.interdum incurrere.modo lædere.fæpe peccatum,& errorem continet.& aliquid, & in aliquid offendimus. ALIQVEM. Ter.29.. adueniens offendi quendam mei loci hinc, atq; ordinis hominē. ita enim legit No. vbi Do. conueni exponit. SCOPVLVM. 1.vo.or.31. vbi fcopulum offendis eiufmodi, vt &c. IMPARATVM aliq. in fa.18.aut ne ad eam meditere,imparatum te offendam. IN ARROGANtiam.in or.lib.61.minus in arrogantiā offenderent. LATVS. 2.vo. or.54..cecidiffe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiffe vehementer. ALIQVID. in fa.14. quod quēq̄ maleuolentiffimum iure poffit offendere.nunc eft nocere,lędere. IN ALIQVA re. Att.111.nam fiquid offendimus in genere noftro .i. fi quid peccauit

nobis gener. in or.lib.146.in qua nihil offendi, nihil difplicere, nihil animaduerti poffet. IN ALIQVO. in or.lib.94.ita quicquid eft in quo offenditur,id etiā illa,quę laudanda funt, obruit. ET SIBI. in fa.29.. qui fi, dignum fe maioribus fuis præbuerit, (vt fpero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit, fin quid offenderit,fibi totū nihil tibi offenderit. Item Att. 292. fed fi quis eft,in quo iam offenderis.i.quē peccaffe intellexeris . Item.1.vo.or.89. IN fa. 158..non enim fi quid in his exercitibus fit offenfum,magna fubfidia resp. habet expedita, &c.i.fi quid damni factum fit.

OFFERRE. Si verbi lata fignificatio paucis concludi poteft,hęc ea effe videtur, ut aut contra. idq; proprie in itinere.tranflate etiam de aliis. aut fpontaneam aliquid agēdi voluntatem fignificet. OBVIAM fe.Ter.84.oppido opportune te obtulifti mihi obuiam.ideft,occurrifti. IN SOCIETATEM fe.3.vo.or.132..quin etiam illa ipfa rerum humanarum domina fortuna in iftius fe focietatem gloriæ non offert. MORAM. Pl.184.quid hoc eft?quis eft,qui morā occupato moleftam obtulit? eft impedimento effe,retardare. STVPRVM. 3.vo.or.179. qđ ab eo forori,& vxori tuæ ftuprum oblatum effe, comperiffes . Item. 1.vo.ph.140. noftra in rep. Lucretia,& quæ per vim oblatum ftuprū voluntaria morte lueret , īuenta eft. Ter. vitium dixit.83. cui miferæ indigne per vim vitium obtulerat.i.intulerat. INIVRIAM. Ter. 117..offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum eft. MORTEM ali.1.vo.or.24..qui mortem obtulerit parenti.i.qui aliquo modo parentem fuftulerit. SPEM.3.vo.or.240.quis eft enim qui ad bellum inflammato animo fit futurus fpe pacis oblata? i.obiecta. RELIGIONEM alicui . in fa.151. recitatis literis , oblata religio . MALVM . Ter . 106. nemini ego plura acerba effe credo ex amore homini unquam oblata q̄ mihi.i.iniecta. MENDICITATEM.Pl.236.mendicitatem mihi obtulifti opera tua.i.iniecifti. SE ALICVI.2.vo.or.68.finē feci offerēdi mei. quod vulgo etiā dicunt offerirfe, in quo loco, & in multis quādam animi fpontaneam voluntatem habere videtur. IN DISCRIMEN vitam.3.vo.or.17..obtulit in difcrimen vitam fuam.ita SALVTEM.3.vo.or.3. qui auderēt fe, & falutē fuā in difcrimē offerre pro ftatu ciuitatis, & pro cōmuni libertate. Ita PERICVLO fe.in fa.154.nō dubitādū putaui,quin fuccurrerē,meq; cōmuni periculo offerrem. POTESTATEM.Cæ.78.qua oblata poteftate omnibus his ciuitatibus obfides imperat. OCCASIONEM.2.vo.or.4..occafionem fibi ad occupandam Afiā oblatā effe arbitrat.

OFFICERE. Plana est uerbi significatio, est enim tantum obesse. vt.1.vo.ph.146.. nunc quidem paululum inquit a sole absis, offecerat uidelicet apricanti. Ita AVRIBVS aliquid. Sall.23.. timor animi auribus officit.i.non finit eas orationẽ recipere. COMMODIS ali.1.vo.or.42.. vbi tuis commodis officio? quid tibi obsto? CAVSÆ.in or.lib.59.. quod ipsi causæ aliqua ex pte officit. LVMINIBVS aliq.3.vo.or.129.. nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunę & glorię. EXCVRSIONibus. Cę.237..Cęsar interim quotidie legiones in cãpum deducere, atq; opus facere vallũq;, & fossam per medium campum ducere, aduersarioruq; excursionibus iterim officere.i.impedire.

OFFIRMARE. Est contra aliquid firmius fieri, obstinare. SE. Ter.35. age quæso ne tam offirma te Chreme.i.obstina. FACERE aliquid. Pl.220..offirmasti occultare quo te immittas pessume? ADVERSVM aliq.Pl.249..quid agimus soror si offirmabit pater aduersum nos? 1.vo.or.92.eas non modo nihil adiuuare arbitror, neq; offirmare, quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam.i.confirmare. VIAM Ter.111.certum est obfirmare viam me, quam decreui persequi.

OFFVNDERE. Et in hoc verbo ob contra significat, & alicui, & in aliqua re aliquid offundimus. NOCTEM alicui.1.vo.or.33..qui tanq̃ si offusa reip. sempiterna nox esset, nam ruebant in tenebras, omniaq; miscebant.2.vo.ph.3.quę lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.i.tenebris inuolueret. LVMEN rei alic.1.vo.ph.99..vt enim obscuratur, & offunditur luce solis lumen lucernæ.idest dispergitur. CALIGINEM.1.vo.ph.229. sed vt opinor, hic error, & hæc in doctorum animis offusa caligo est.

OGGANNIRE. Gannire proprie canum est, vnde oggannio. AD AVRES alicui. Ter.146. habet hęc ei, quod dum viuat vsq; ad aurem ogganniat.

OGGERERE. Oculos.Pl.274. vnus eorum aliqs oculum amicæ vsq; oggerit.i.occulum amicę oculis suis a se auerti non finit, qui enim clam aliquid ab aliquo auferre vult, obtutũ in eius oculos intendit, qui idem ipse facere conatur, interim ipse sinistrę opera vtitur.

OLERE. Est odorem ex se edere, & olet aliquid simpliciter, & olet etiam odorẽ, vt VNGVENTVM. Ter.78.obsonat, potat, olet vnguenta de meo. STABVLVM. Pl.202. quę tibi olent stabulum. Ita FVRTVM. Pl.132.quid igitur, quid olet? responde. Pe.furtum, scortum, prandium. SCORTVM. vide furtum. PRANDIVM. vide furtum. ARGENTVM. Pl.118. vt speculum tenuisti, metuo ne oleant argẽtum manus. PEREGRINVM. in or.146.quare cum sit quædam certa vox Romani generis, vrbisq; propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti posfit, nihil sonare, aur olere peregrinum, hanc sequamur. MALITIAM. 1.vo.or.48.non ne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamare calliditatem videtur? DE SVO. Ter.78.vi.sup. vnguentum. HOMINEM. Pl.5.olet homo quidem malo suo.i.odorem hominis sentio. intransitiue nunc.ita stabulum olet.ita vnguentum.nam supra transitiue posita sunt.

OLFACERE. Est modo odorare, modo olẽrem facere. ALIQVID.2.vo.or.63.quem nõ architecti huiusce legis olfecerint.i.odorarint. ALIQVID re aliqua.de re rust.46.si ad matris mãmam non accedit, admonere oportet, & labia agni vngere butyro, aut adipe suillo, & olface re labra lacte.est aũt lacte agni labia spargere.

OMITTERE. Est penitus dimittere. ALIQVEM Ter.125.nunc omitte quæso hunc.idest dimitte, ignosce. SOLICITVDINEM. Ter.54.proin tu solicitudinẽ istam falsam, quæ te excruciat, omittas.i.dimittas, obliuiscaris. TRISTITIã. Ter.52.omitte vero tristitiam tuam. RECORDARI. 3.vo.or.3.nam vt omittatis de uniuscuiusq; casu cogitando recordari, vno aspectu intueri potest is eos. ANIMAM. Ter.172.. vbi te vidi animo esse omisso.i.nihil attendere. IN HOC vero verbo crebri sunt scriptores per occupationem cum hac particula.vt.in fa.29.. me autem, vt omittam nobilitatẽ, hoc ipso vincit viros nobiles. Ter.110.. nam, alias vt omittam miserias.

ONERARE. Est onus imponere. sed per ornate etiã trãsfertur. & re aliq. oneramus. TER.142. sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum, hunc onero pallio. est in humerum pallium conicere, vt expeditior sit. CONTVMELIIS aliq.in fa.61..hominis importunissimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur. INIVRIIS aliq.Ter.19..nam si cogites remitas, iã me onerare iniuriis. INVIDIA aliq.A fc.16.egisse quo que dicebantur, ne se de hac re consuetudo inuidia oneraret. MENDACIIS aliq. in fa. 41..te autem quibus mendaciis homines leuissimi onerarũt.i.multa in te mentiendo. PRÆCEPTIS aliq.Pl.157.salua sis, sed dic mihi, ecquid hic te onerauit præceptis?.vti te probe instruxit? GVLAM aliqua re. Pl.256..nunquã edepol vinum quisquam in crastinum prospiciet diem, nam intus mihi iam potione vincea onerabo gulam, neq; hoc committam, vt hominem

minem mortuum me dicant fame. sibi suspendium minitaſ. ZAMIAM aliq.Pl.35.vbi manum iniicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.ideſt parat.

OPERARI. Eſt deos religioſe,& cum ſumma veneratione ſacrificiis litare inquit Nonius illud Virg.cum multis ex vetuſtioribus adducens, lætis operatus in herbis.& rei operamur,de re ruſt. .ſi rebus venereis fuerit opatus, vel vir, vel fœmina.

OPERIRE. Eſt contegere. LORIS aliq. Ter.80. atq; ibi vſq; ad necē operiere loris. eſt ad necem vapulare. CONTVMELIIS aliq.1.vo.or.226.non vim,non contumelias,quibus operti, oppreſsiq; erant,conquerebantur.ideſt quibus erant maxime affecti.

OPERIRI. Eſt modo expectare, modo reperire. Ter. hic ego interea virum operibor.i.expectabo. Att.69.. cum ex epiro redieris, de rep. ſcribas ad me velim,ſi quid erit,quod operiare.i.offendas,reperias.

OPORTERE. Ci. verbis vtar in hoc verbo exponendo.is igiſ inquit.in or.lib.203..oportere.n. perfectionē declarat officii,quo & ſemper vtēdum eſt, & omnibus. Item Att.58. ego vero, qui,ſi loquor de rep.quod oportet ,inſanus,ſi quod opus ē,ſeruus exiſtimor,ſi taceo oppreſſus & captus.i.quod ad perſonam meam attinet,ſi loquar, ſi officium ſequar videbor inſanire. vt appareat ex Ci. verbis in verbo officii neceſſitatem ineſſe. & quoniam tenemur officiū ſequi,ideo pro debere paſſim vſurpatur. in fa.2.qui omnino reduci negat oportere. Item. 2.vo.or.260.nec ſi à populo præteritus eſt,quē nō oportuit. Item in or.lib.260..quare cum te edilem fieri oportuiſſe dicis.&c. IN HOC illud etiam ſeruatur, vt præterito paſſiui participio loco infinitiui,q̄ ipſi infinitiuo magis adiūgamus.vt magis factū oportuit,q̄ feciſſe.& dictum non oportuit,q̄ nō dixiſſe.vel vna ſimul ambobus. vt.1.vo.or.98.verum hoc quod iampridem factum eſſe oportuit.

OPPETERE. Eſt occumbere,mori,ait No. additur tamen mortem. MORTEM de off.12. pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere,ſi ei ſit profuturus?i. in mortem ipſam incurrere. Item.3.vo.or.245.. MORS autem neceſſitatē habeat fati,aut ſi ante oppetēda eſt, oppetatur cum gloria. PESTEM.1.vo.ph.183.priusq̄ oppeto malam peſtem mandatam hoſtili manu. Pl.19..atq; illa viua,viuus vt peſtem operas.i.incidas.Ita No.hunc locum citans.

OPPIGNERARE. Eſt pignori aliquid dare. LIBELLOS .3.vo.or.24.. libelli etiam pro vino ſæpe oppignerabantur.

OPPINGERE. Pangere eſt,inquit sex.figere,vnde plantæ pangi dicuntur,cum in terrā demittuntur.inde etiam verſus pangi,vel figi in cæra dicuntur ,& per tranſlationem ſauium. Pl. 59.qui vult cubare, pangit ſaltem ſauium. Itē 59.vbi ſauium oppegit,fugit.i.exhibuit.

OPPONERE. Eſt cōtra ponere.ſed mō plane aduerſaſ oppoſitio,mō eſt loco alterius rei. TERRORĒ.3.vo.or.14..nec armati exercit⁹ terrorē opponet togatis,neq; erit iuſta cā,ad portas ſedēti imperatori,quare terrorem ſuum iactari,oponiq; patiatur .i. obiici. PRÆSIDIA ali. 3. vo.or.101..quę ſi oppoſita Miloni putarem.i. contra Milonem comparata eſſe præſidia. FORMIDINES.1.vo.or.8.minę iactentur,pericula intendantur , formidines opponantur .i. obiiciantur,terrores incutiantur. VRBEM vbi.2.vo.or.64.Capuam deduci colonos volūt, illam vrbem huic vrbi ruſus opponere , illuc ſuas opes deferre,vt bellum ruſum aduerſus hāc vrbē gerat. PIGNORI.Pl.182.vix hercle opinor,ſi me opponā pignori. AGRVM. Ter.137. ager oppoſit⁹ eſt pignori ob decē minas inqt. & ſine pignori eadē interdū eſt verbi ſignificatio,vt Cat.9. Furni villula nr̄a nō ad auſtri flatus oppoſita eſt,nec fauonii,nec ſęui boreę,aut apeliotę,verū ad millia qndecim,& ducēta. ò ventū horribilē ,atq; peſtilētē.oppigneratā villulam ſuā in verbo iocans ſignificat Catullus.

OPPRIMERE. Ea verbi vis eſt , vt quod ſemel oppreſſum ſit renouari nō poſſit authore No. ALIQVEM. Att.211..etenim cohæredes aquis ſinere opprimi,malitia eſt.arbitror ſignificari tempus anguſtum ad defendēdum dari.quod p aquas guttatim fluētes metiebanſ. REMP. 3.vo.or.242.ſi(quod dii omen auerterent)rēp. oppreſſiſſet Antonius. ORATIONEM .1.vo. ph.71.quæ iam oratio non à philoſopho aliquo,ſed à cenſore opprimēda eſt. SOMNVM aliq.Ter.37..interea ſomnus virginem opprimit,ego limis ſpecto. PESTEM .3.vo.or.229. ad has peſtes opprimendas quid eſt, cur moleſte feramus,quod M.Bruti acceſſit exercitus? QVERELAS. Att.295. q̄q̄ has querelas hominum noſtrorum illo conſilio oppreſſimus.i. eos tacere coegimus. ARAS aliqua re.3. vo. or.118.vos albanorum aræ ſacrorum PO.RO. ſociæ,& equales,quas ille pręceps amentia,cęſis proſtratisq; ſanctiſſimis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. CLASSEM 2.vo.or.10..cū propè inſpectātibus vobis claſſis ea, cui Conſul PO.RO. præpoſitus eſſet,à prædonibus capta, & oppreſſa eſt. MENTEM 3.vo.or.88.. quæ eſt igitur pœna?quod ſupplicium?id mea ſententia,quod accidere nemini poteſt,niſi nocenti,ſuſcepta fraus,impedita, ac oppreſſa mens conſciētia,bonorum omnium

odium,nota iusti senatus, amissio dignitatis. IMPRVDENTEM. Ter.5..ne de hac re pater im prudentem opprimat. ARTICVLO tempo ris.Ter.81.vt in ipso articulo oppressit.

OPPVGNARE. Est vi omni contendere,vt aliqd expugnemus. VRBEM. de off.127. ad quā tu oppugnandā nunc venis pene miles. REMP. 3.vo.or.14..quisq̄ improbus consilio & auxilio bonorū se oppugnare remp.dicet. ALIQ. in fa.2.Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat.1.vo.or.170..in fa.15. quem proxime superioribus diebus acerrime oppugnassem.Item.62.quæso vt tuos mecum serues potius,q̄ propter arrogantem crudelitatē tuorum me oppugnes. CAPVT ali.1.vo.or.7. credamus hoc.Sex.Næuium,cuius caput oppugnet,eius auribus pepercisse. COMMODVM alic.in or.lib.42.vt non oppugnare commoda patriæ. EXISTIMATIONEM ali.in fa.41.qd est,quod minus cadere in eiusmodi naturam posit, qua m aut florentissimi hoīs aspernari beneuolētiam,aut eius existimationem oppugnare in prouincia,cuius laudem domi defenderis? PETITIONEM ali.in fa.14..cum quidem ego eius petitionem grauissimis in sena tu sententiis oppugnassem.

OPTARE. Est desiderare,eligere.& aliquid,& de aliquo optamus. Pl.hoc si effeceris,qd vis præmium a me optato,id optatum feres .1.vo.or. 23..vt optet,vtrum malit. DE re.de off.7.quod de interitu Hippolyti iratus optauit.

ORARE. Notum est quid significet,oramus vero aliquem,& cum aliquo aliquid, & de re aliqua. ALIQVID. Pl.144..placet.ius oras meorum meo quidem animo. NOCTEM. Ter.58.. nam misere quēdam offendi ibi militem eius noctem orantem. CAVSAM.1.vo.or.7..apud iudicem priore loco causam dicat? & eam cū orarit, tum deniq̄ vocem accusatoris audiat. idest perorarit. Item in or.lib.68.. QVO neminem vnquam melius vllam orauisse capitis causam,cum se ipse defenderet. Ter.128..ferrū hominē causam orare leges nō finunt. CVM aliquo de re aliqua.Cæ.126. facta potestate ex oppido mittitur, neq̄ ab eo prius Domitiani milites discedunt,q̄ in cōspectum Cæsaris deducantur,cum eo de salute sua orat,atq̄ obsecrat,sibi vt pateat.Pl.28.hanc cui daturus,hanc iube petere,atq̄ orare mecum.i.me orare. Itē 28..nunc istanc tantisper iube petere, atq̄ orare mecum.i.me.

ORBARE. Orbantur illi,qui re aliqua carissima priuantur,liberis in primis. sed ad multa alia trāsfertur perelegāter. & dicimus orbare aliq. re aliqua,& aliqd alicuius exorbare. PATRIAM claris viris.in fa.54..nec eam multis claris

viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. Ita REMP.fortibus ciuibus.3.vo.or.11. aut victor, multis eo fortibus ciuibus rēp. orbaret. ITALIAM.3.vo.or.92.cum exhauriebas ærarium, cum orbabas Italiam iuuentute. DVCIBVS senatum.2.vo.or.211.quare cum viderem senatum ducibus orbatum. CONCIONEM optimatibus.2.vo.or 157..vsq̄ eō orba fuit ab optimatibus illa concio,vt princeps principū esset Meandrius. AVXILIO aliq.2.vo.or. 144. petunt enim rōnes illius,vt orbetur auxilio resp. GERENDIS negociis. 1. vo.ph.138. si gerendis negociis orbatus possit. paratiss. vesci voluptatibus. SPE salutis aliq. in fa.83. nec his qdē verbis,quibus te consoler,vt afflictum, & iam oī spe salutis orbatū,sed vt eum, de cuius,&c. DECORE laude aliq.1.vo.ph.194.cum decore, atq̄ omni me orbatū laude recordor. LVCÆ VITA aliq.1.vo.ph.196.tu re thyesta damnabis,orbabisq̄ luce propter vim sceleris alienis ANIMO. 1.vo.ph.9 ipsumq̄ animal orbāt animo.i.ei animum eripiūt. REBVS. de off. 115.. & si plane illis orbatus essem.i.priuatus. Item in fa.77.itaq̄ orbus rebus iis omnibus,quibus & natura me,& volūtas, & ꝯsuetudo assuefecerat, cū cęteris,vt videor,rū mihi ipsi displiceo. ANIMAM alicuius.Pl.109.. iam illorum,ego animam amborum ex orbabo oppido.

ORDINARE. Est rem in ordinem componere. remp.inscriptio est orationis ad Cæ. de ordinanda rep.Sall.85. FORVM. Asc.67.nam ędili,atq̄ prętori Hortēsio,& item Metellis rapta ex prouinciis signa ad ordinandum forum,ac comicium commodauerat.nunc est exornare. CONSILIA facta.de off.4.multo etiam magis pulchritudinem,constantiam,ordinem, in cō. siliis conseruanda putat.

ORIRI. Est nasci.& aliquid oriri, & ab aliquo alicui dicitur. REGEM Lydię.de off.59..sic repente annuli beneficio rex ortus est Lydiæ.i.factus. IRAM. Ter.108.vnde ortum est initium irę. SCELVS. 3.vo.or.259.nequid postea sceleris oriretur. ÆGRITVDINEM ab aliquo alic. Ter.105.at vide q̄ immerito ægritudo hęc oritur mihi abs te sostrata. PECCATVM. Ter.90.. quod peccatum a nobis ortum est,corrigo.ita EX ALIQVO. de off. 4. id quatuor partium oritur ex aliqua. Item Ter.47. A SE aliq.3.vo. or.208.. quid enim non debeo vobis quirites? quem vos a se ortum, nobilissimis hominibus honoribus prætulistis? idest cuius maiores obscuri fuerunt.

ORNARE. Et rei apparatum, ac ornamentum cominet. SIBI aliq. Ter.58. sine auro tum ornatam,ita vti,quæ ornatur sibi. IN PEREGRINVM modum.Pl.219..tuam gnatam tamen ornatam

natam adduce lepide in peregrinum modum. ALIQVEM. Ter.33.age eamus intro. nūc iam orna me. ad vestitū hucusq; pertinet. ALIQ. ex suis virtutibus.Ter.79..si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus .i. vti dignus es.& nunc de malo est. in fa.98..si vis tu,ad me aliū mitte quem ornem. nunc dignitatem significat,& honores. MVNVS verbis. Ter.29. munus nostrum ornato verbis quoad poteris .i. laudato. FVGAM. Ter.39..ita iam ornabat fugam.i.parabat Do. tamen legit adornabat,& eandem figuram esse dicit,quæ est supra,adornant,vt lauent. PENVM. Pl.56.. dicam vt sibi penum aliud ornet.i.paret,instruat. EXERCITVM auxiliis.in fa.23.ad Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis,& quadam authoritate apud eos, qui &c.i. satis magnis auxiliis præditum.

OSTENDERE. Est demonstrare.quia ore tenso, id significare plerūq; solemus.nam ostendere nihil aliud est,q̄ ostēdere os tēdere. OS suū.1. vo.or.76..tam nefariis criminibus,tam multis testibus euictus ora iudicū aspicere, aut os suū Po. Ro. ostendere auderet. SPEM. Att.177.cū præsertim ne spes quidē vlla ostendatur. 1.vo. or.85.. potest ne tibi vlla spes salutis commoda ostendi? POTESTATEM. Ter. 48.. nam in me plane Dii potestatem suam omnem ostendere.

OSTENTARE. Est sæpe ostendere. idq; plerunq; gloriandi causa.vt MEMORIAM. ad Her.15. Vel memoriæ ostentandæ causa. SE. in fa.4.. quid enim aut me ostentem,qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus. DELATIONEM, & PERIculum capitis.2.vo.or.22..Vt Aurium illum,qui sibi delationem nominis,& capitis periculum ostētarat,& alterum Aurium. &c.i.palā'm minitatus fuerat. SPEM alicui. 2. vo.or.22..mulier amissis liberis, cum vnius filii recuperandi spes esset ostentata, omnes suos propinquos,filiiq; sui necessarios conuocauit. idest demonstrata.in fa.128..quid enim ille facturus incertum est,& simul ostentaui me istis esse familiarem, & consiliis eorum interfuisse. IVGVLA. Att.11.vt aperte iugula sua pro meo capite P.Clodio ostentarint.i.obtulerint.

P

PACARI. Est ad ocium traduci. SOLVM. 1.vo. or.205..in Mamertinorū solo effœderato, atq; pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. GALLIAM. Cæ. omni pacata Gallia exercitus noster ad eos duceretur &c.

PACISCI. Est pactum facere.ad conditionem venire.remq; tantum pactam dicerem, non autē cui pacta est.vt quidam volunt. vt homo scili cet etiam pactus sit,cui aliquid promissum sit. significatio vero cōmunis esse videtur. & aliquid alicui, & ad aliquid, & cū aliquo paciscimur. FOEDVS. 3.vo.or.ro. eo pacto iam fœdere prouinciarum. INDVCIAS. de off.7..qui cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ,noctu populabatur agros. SOCIETATEM. Asc.70.. ab eodem Rege ad Sertorium missi erant de paciscenda societate belli aduersus RO. AD CONDITIONEM alicuius. 1.vo. or.160.. neq; ante dimissum, q̄ ad conditiones eius depactus est. FILIAM alicui. Att.81. cuius filio pacta est Arthabasdis filia. ALIQVID cū aliquo.1.vo.or.36..hisce insidiose spem falsam ostēdere,cū illo cōtra hos inire ɔsilia,horū cō silia illi enunciare,cum illo partem suam depacisci, hisce aliqua fretum hora semper omnis aditus ad Scyllam intercludere.i.conuenire de parte sua,statuere quanta pars sua futura esset, qua esset contentus. MORTEM. Ter.125.. iam depacisci mortem cupio. tu coniicito cętera.i. mori mallem,q̄ ita viuere.

PALPITARE. Est frequenter, & leniter moueri. COR. 1.vo.ph.30.. cum cor animalis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, vt imitaretur igneam celeritatem.non timerem.Ita ARTERIAM dicerem, quando, & cor, & arteria micare dicuntur.

PANDERE. Est aperire,patefacere. VELA. 1.vo. ph.211.quærebam igitur,vtrum panderem vela orationis statim &c.

PANGERE. Est figere. vnde planæ pangi dicuntur, cum in terra demittuntur, inde etiam versus pangi, vel figi in cæra dicuntur. inquit Sex. SAVIVM. Pl.59. qui volt cubare, pangit saltem sauium. in fa.263.. an pangis aliquid sophocleum? idest scribis?

PARARE. Est acquirere.comparare. AMICOS sibi.Ter.28.cupio aliquos parare amicos beneficio meo. DIVITIAS. Ter.18..quę se inhoneste optauit parare hic diuitias potius,quam in patria honeste pauper viuere. COSS. Att.25..quid Attius narret, quo animo se destitutum ferat. & qui Coss. parentur. LEGEM. Sall.19.. tunc lex Portia, aliæq; leges paratæ sunt. PISCATVM. Pl.115..ego ire in Pireum volo,in vesperam parare piscatū mihi. FVGAM. FVRTVM. Ter.126.. quam hic fugam, aut furtum parat? idest præparat. PSALTRIAM. Ter.87. ille bonus vir nobis psaltriam (si Diis placet) parauit,

qui cum viuat, illam deserat. i. adinuenit.

PARCERE. No. Marcellus de hoc verbo cum agit, dicit, parcere est veniam dare. item parcere est seruare. tu vero vna voce si vtrãq; significationem comprehendere voles, id dices esse, qd abstinere. nã parcere labori nihil est aliud, q̃ à laborãdo abstinere. ita sumptui, nihil aliud, q̃ a sumptu abstinere. à lachrymis nihil aliud, q̃ à lachrymãdo abstinere. Sunt tamen in quibus resolutio à contrariis sumenda est, vt parcere valetudini. i. abstinere ab iis, quæ nos in inualetudinẽ coniiciant. parcere errori. i. abstinere ab erroris vltione. ita & in cæteris. ALICVI. 3. vo. or. 243. quod si de Antonio nõ laboratis, mihi certe P. CO. consulere debetis, parcite oculis saltem meis, & aliquam veniam iusto dolori date. i. abstinete hunc dolorem oculis meis afferre, quos scitis Antoniũ ferre nõ posse. SIBI. Ter. 53. aliquantulũ tibi parce. i. ab eo, quod tibi noceat abstine. VALETVDINI. in fa. 181. quẽ cum obiurgarẽ, q̃ parum valetudini parceret, tum ille &c. VITÆ suæ. Ter. 106. heu me infelicem. hancine ego vitam parsi perdere. i. à morte retinui. LABORI. Pl. 181. duorum labori ego hominum parsissem lubens. i. vitassem, fugissem. OPERÆ. in fa 215. sed tamen nõ parcam operæ. i. non cessabo idem agere. MODESTIÆ. Sall. 5. postremo neq; sumptui, neq; modestiæ suæ parcere. i. nullum finem facere, aut sumptui, aut immodestiæ.

PARENTARE. Erat pro mortuis facere. sed maxime ex hostili anima. 2. vo. or. 164. litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. 2. vo ph. 181. hostia autem maxima parentare, pietatis esse adiunctum putabant. Cæ. 82. quam non ciuibus RO. qui Genabi perfidia Gallorum interiissent, parentarent.

PARERE. Proprie est edere quod cõceperit mulier. parturire magis dolores, qui partus præcedunt, significat. sed vtrũq; ad multa transfert. & aliquid ex aliquo parere dicimus. EX ALIQUO. Ter. 12. credon tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pãphilo? CICONIAM. HIRVNdines. de re rust. 45. neq; enĩm hirundines, & ciconię, quę in Italia pariunt. MVRES. de re rust. 48. sed etiam, vt in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures. PALMAS cariotas. de re rust. 45. non sitis palmas & cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam non posse? vt, & de arboribus parere etiam dicatur. VRBES. 1. vo. ph. 228. tu vrbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitę conuocasti. OCIVM alicui. de off. 53. ꝓpterea & ocio fruor, non illo quidem, quo debeat vti is, qui quondam peperisset ocium ciuitati. STATVM bonum Att. 298. nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. AMICITIAS. 1. vo. or. 129. præsertim cum hęc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat. GLORIAM. Att. 298. simul illud cogita, nos nõ de reliqua & sperata gloria, sed de parta dimicare. VICTORiam. 3. vo. or. 258. sic id, quod & oẽs maxime optamus, & ex ea victoria, q̃ parta est, cõsecutũ arbitrant. ODIũ. Ter. 2. obsequiũ amicos, veritas odium parit. EXITVM. SALVTEM. Cę. 180. reliqua per horum corpora salutem sibi, atq; exitum pariebant. i. quęrebãt. BENEFICIVM sibi. Ter. 44. vt solidum parerem hoc mihi beneficium. legitur tamẽ in correcto Codice pararem. VERBA. 1. vo. ph. 90. idq; cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponẽdaq; noua nouis rebus nomina. ET ALIQVA re aliq. in fa. 57. sed illa etiam, quæ ingenio, studioq; peperisti. i. adeptus es.

PARERE. Est obedire. in or. lib. 42. & aliis parere sua voluntate consuescerent. NECESSITATI. de off. 25. ipsiq; necessitati dant operam, vt quam occultissime pareant.

PARTICIPARE. Est partem tribuere, cõmunicare. & aliquẽ simpliciter. & alicuius rei aliquẽ participamus. Pl. 83. paternum seruum sui participat consilii. Item. 2. vo. ph. 162. sequitur igitur ad participandum alium alio, communicandumq; inter omnes iustos natura esse factos. Pl. 249. cum ipsi interea viuant, valeant, vbi sint, quid agant, neq; participant nos, neq; redeunt.

PARTIRE. Vide q̃ pulchre variet cum in simplici, tum in composito huiusce verbi, & vox, & natura. nam & partire neutrum, & partiri deponens recte dicimus. impertio vero fit actiuũ, & ex eo impertiri passiuum. dicimus vero & aliquid cum aliquo, & inter aliquos partire, & partiri. CVM aliquo. in or. lib. 181. qui cũ partiretur tecum causas. INTER aliquos. Pl. 17. vos inter vos partite, ego ab eo, mihi negociũ est. Sall. prouincias inter se partiuerant.

PARTVRIRE. Est cupere parere. vt esurire, cupere edere. quam formam verborum Lau. Vall. desideratiuam appellat. PERICVLVM. 2. vo. or. 144. ego rogatus vobis, bonisq; omnibus adiutoribus. hoc quod conceptum resp. periculum parturit, consilio discutiam, & comprimam. Item. vtinam aliquando dolor PO. RO. pariat, quod iam diu parturit.

PASCERE. Ita per verborũ genera verbũ hoc se variat significãdo, vt cõstructio vix cõprehẽdi possit. nã cũ & hoc tria genera recipiat, vniuscuiusq; etiã necesse est, vt cõstructionẽ sequet, atq; eo plus, quod in actiua & passiua ita se in cõstructione cõuertitur, vt quoquo modo pro-

feras

feras pro generis ratione, latine cadat nam & pascunt armenta herbas, & contra herbe, & pastores armenta pascunt. ita in passiua significatione. in deponentali vero simpliciter pascuntur armenta, vel etiam herbas addas. quod quidem verbum, etsi corporis est proprium, magisq; brutorum, q̄ hominum, transfertur tamē perelegāter. de re rust. 44. in qua regione quaq; potissimū pascas, & quādo &c. item 44. si inscripiū pecus pauerint. GREGEM. de re rust. 53. qd dicā de pecore maiore? cum sciam multorū gregē cum pascerent, eoq; venisset lupus &c. OCVLOS. 3. vo. or. 232. & in eius corpore lacerando, atq; vexando cum animum satiare nō posset, oculos p uit suos. 1. vo. or. 149. cū eius cruciatu, atq; supplicio pascere oculos, animūq; exaturare vellent, potestas aspiciendi nemini facta est. Ter. 114. restabat aliud mihil, nisi oculos pascere.

PATEFACERE. Est aperire. ADITVM. in or. lib. 93. nunc quoniā vte:q; vestrū patefecit earū rerū ipsarū aditū, quas quærimus. FENESTram. Ter. 61. hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris? SE ALICVI. in fa. 87. itaq; posthumuleno, & Sextio, & sępissimæ Attico nostro, & p̄xime Teudę Liberto tuo totū me patefeci. AVRES alicui. de off. 114. ita fit, vt is assentatoribus patefaciat aures suas, q ipse sibi assentet, & si maxime ipse delectet.

PATERE. Vt patefacere est aperire, ita patere est apertū esse, aliqū etiā p trāslationē amplitudine rei significat. FORES alic. Pl. 134. fores cui pateāt magis, q̄ domus tua. AVRES ad aliqd. in fa. 37. ia non tātū mihi vident̄ iniuriā facere ii, q hæc disputant, q̄ is, cuius aures ad hanc disputationē patent. HONORES ali. 3. vo. or. 59. his pręmiis, & honoribus exclusos esse fidelissimos, & coniūctissimos socios, quę pateant stipendiariis, pateāt hostibus, pateāt seruis. PRÆMIA. 3. vo. or. 59. vide honores. VOLVNTATEM, ANImum, INDVstriam. 2. vo or. 172. si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus. FAMILIARITATES late. 3. vo. or. 105. vide late. LICENTIAM. de off. 111. qui existimant libidinum, peccatorumq; omnium patere in amicitia licētiam. i. permittere amicitiæ ius, vt cum amicis etiam turpissime agatur. LATE familiaritates. 3. vo. or. 105. non enim mea gratia familiaritatibus, cōtinetur, quæ late patere nō possunt. propterea quod cōsuetudines victus nō possunt esse cum multis. Item de off. 54. 1. vo. ph. 154. IN LATItudinē. Cę. 133. prerupus locus erat vtraq; ex parte directus, ac tātū in latitudinē patebat, vt tres instructæ cohortes eum locū explerēt. VITIVM. in fa. 34. late enim patet hoc vitiū.

PATI. Est ferre, sustinere, tollerare. vt FRIGVS. FAMEM. & quædam alia. 1. vo. ph. 144. non ne frigus, non famem, non mōtiuagos, atq; siluestres cursus, lustratiōes patiunt? DOLOREM. 1. vo. ph. 59. neq; perpessio dolorū. INIVRIAM. Asc. 69. quorū alterā iniuriā passū est, alterū &c. i fa. 63. apud me plus officii residere facillime patior. i. haud grauate fero. in quo frequētes sunt boni. MVLIEBRIA viros. Sall. 5. viri pati muliebria, mulieres pudicitiā in propatulo habere. honeste virilē subagitationē expetisse. IVDICIO. 1. vo. or. 11. nō est istud pati, neq; defendere iudicio. Itē. 16. neq; eum si tribus appellauit, iccirco minus iudicio pati paratum fuisse. nisi mendum sit. nam pati re, admodum nouum vide tur.

PATRARE. Aut de re difficili, aut mala est verbum sæpius. significat autem perficere. FACINVS. Pl. post tam fœdum facinus patratum. Sall. 23. si Romæ socii incepta patrauissent. Pl. 20. quin te quoq; ipsum faciam hand magna, si hoc patro.

PECCARE. Est errare. & aliquid, in aliq. alicui, & de re aliqua peccamus. SYLLAbam. Pl. 104. tum libium legeres, si vnam peccauisses syllabam, fieret conum tam maculosum, q̄ est nutricis pallium. MVLTA. 1. vo. or. 138. non mul ta peccas inquit ille fortissimo viro senior magister. QVOD viuā. in fa. 113. in fa. 56. vt ipsum, quod maneā in vita, peccare me existimē. de off. 110. in patris vita violanda multa peccant. IN ALIQVAM rem. Ter. 79. non innuerā, verum in istam partē potius peccato tamen. 1. vo. or. 27. tamen in eam partē potius peccant, quę est cautior. Ter. 140. hau obsecro vide ne in cognatā pecces. PLVRA. Ter. 78. postremo ant desine, aut cedo quemuis arbitrum, te plura in hāc rem peccare ostēdā. Att. 46. siqd in te peccaui, ac potius, quoniā peccaui, ignosce. ALICVI. Ter. 78. siqd peccat Demea, mihi peccat. IN ALIQVA re. Ter. 122. de illo iā finē faciā dicendi mihi, peccādi cū ipse de se finē nō facit.

PEIERARE. Quid sit plane Ci. de off. 73. exponit. nō enim falsum iurare peierare est, sed qd ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis cōcipitur more nostro id non facere, periuriū est. CONCEPTIS verbis. 2. vo. or. 45. dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. siquis contradicere vellet, vsurum esse eum suo testimonio. Pl. 111. ego iusiurandum verbis conceptis dedi, daturum me hodie mulieri ante vesperū, prius quam a me abiret. nunc ne peiurem pater cura, atq; abduc me hinc ab hac quantum potes.

PELLERE. Est abigere, amouere, pultare. vt FORES. Ter. 91. tu ne has pepulisti fores. Itē. 94. PVDICITIAM. Pl. 95. planē hic est, qui

mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit. idest quasi qui pellicem fecit. FORES. Ter.91.. tu ne has pepulisti fores? Item.94..quis nam a me pepulit tam grauiter fores?nūc est pulsare. ALIQVID. de off.60. species enim vtilitatis animum pepulit eius, cui &c.i.impulit. VIM frigoris. de off.35.quibus & frigorum vis pelletetur &c. MOESTITIAM aliq. 1. vo.ph.58. quę mœstitiam pellat ex animis.

PELLICERE. Est blanditiis aliquid obtinere. ALIQ. ad sese.2.vo.or.161. huius socrum mulierem imbecilli consilii satis locupletem pellexit Decianus ad sese.Ter.123..is senem per epistolam pellexit.

PENDERE. Proprie auium esse videtur,quę quasi pennis se sustinent. inde transfertur ad eos, qui non seipsis nituntur, sed alia quapiam re se sustentant. vnde ab aliquo pendere,est ab eo sperare. & aliq. aliqua re, vel ex aliqua re pendere dicimus. Verum cum hac dictione animi excruciari significat. cum vero animus pēdet, magis dubitare significare videtur. ANIMI. 1. vo.ph.116..cui miserię proximus est is,qui appropinquans aliquod malū metuit,exanimatusq; pendet animi. Att.177..eo magis q͂ ostendis te pendere animi. Pl.166..ego animi pendeo. Ter.67.& Clitipho cum spe pendebit animi.i.cruciabitur. ANIMVM alic. Ter.81. animus tibi pendet. AB ALIQVO aliq.in fa.94. incolumitati tuę,tuorumq;,qui ex te pendent, cōnsulas.i. qui a te omnia expectant. PROMISSIS. Att.315..promissisq; iis,quæ ostendit, non valde pendeo. EX ALIQVO. in fa. 160.. comitia tamen,quando ex his pendes, quantum facere possumus,q͂ &c. EX ERRORE. de off.13..etenim qui ex errore multitudinis pendet. CANTILENAM. in fa.177. & totā istam cantilenam ex hoc pendere, vt q͂ plurimum lucri faciant.i.hinc nasci.Pl. vero dixit p pedem aliquem pendere.23.nudus, vinctus cētum pondo es,quando pendes per pedes.

PENDERE. Est proprie ad libram aliquid examinare.sed in transferendo maximam orationi venustatem affert.quoniam vero æs maxime pendebatur in soluendo debitum. vnde etiam pensio dicta est, pro soluere passim vsi sunt. nec nō etiam quia pœnæ dissolutio magna ex parte ex pecunia fiebat,ideo in vsum receptum est,vt diceretur pendere pœnas.i.soluere. PECVNIAM. 2.vo.or.86.tamen omnes vrbis pecunias ad nutum vestrum penderent. idest darent. Att.89. pro qua si Curio legem protulerit HS centena pendat necesse est. Ita VECTIGAL. Att. 296..qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. idest dissoluere. POENAS. Pl.25..atq; etiam pro istis maledictis pœnæ pendentur mihi hodie. Att. 75. maximas pœnas pendo temeritatis meæ. Item Ter.67. Syrus tergo mihi pœnas pendet. RE ALIQVA. 3.vo.or.27.omnes fere reip. aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt. vt etiam sine pœnas pro puniri ponatur. VERBVM. in or.lib.201.. ibi res spectatur, non verba penduntur. REM. 1.vo. or.28..neq; leui coniectura res penditur,neq; testis incertus auditur. CAVSAM. 1.vo.or.1. siquid hoc cōsilium ex opibus non ex veritate causa pendetur. idest examinabitur. ALIQ. ex aliqua re. in fa.73.. qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus. idest existimamus. NIHIL. Pl.205.. nos te nihil pendimus.

PENETRARE. Est penitus intrare teste sexto. quo trāsitiue Plautus etiam vtitur. quid quod & de loco etiam is ipsus Pl.vsus est.vt in exemplis. AD DEOS. 3.vo.or.112..proxime ad deos accessit Clodius,propius q͂ tum,cum ad ipsos penetrarat,cuius de morte tanq͂ de cerimoniis violatis quęritur. SVB TERRAS. 1.vo.or.225. & subito non lōge a Syracusis penetrasse sub terras. PEDEM. Pl.135.neq; vxorem habui,neq; habeo,neq; hue vnquā postq͂ sum natus intra portam penetraui pedem. Item.140.. si ergo intra ędes huius vnq͂ vbi habitat,penetraui pedem,omnium hominum exopto,vt fiam miserorum miserrimus.i.ingressus sum. SE ALIQVO. Pl.273..eaq; intra pectus se penetrauit potio extemplo,& ipsus perit, & res, & fides iīt. Quo illic homo fortasse penetrauit ædibus .i. exiuit.inquit No.

PENSARE. Est quantum quis mereat reddere. ALIQVID aliqua re. Sall.81. nisi forte repentina ista frumentaria lege vestra pensantur munia. LABORES aliqua re. in or.lib.144.& summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

PERAGERE. Est perficere. Att.272.. tamen propositum nihilo secius peregit.idest quod proposuerat effecit.

PERAGRARE. Est circuire.quasi per agros ambulare.& eorum proptium esse videtur,qui aliquid diligenter inquirūt,aut perlustrant. VILLAS. 3.vo.or.115..qui cum architectis,& decēpedis villas multorum,hortosq; peragrabat.i. circuibat.Ita NEMORA. 2.vo.or.249.hanc inquam accepimus agros,& nemora cum quodam strepitu fremituq; peragrare. Ita INSVLAS. in or.lib.169. nam vt semel ē Pyreo eloquentia euecta est, omnes peragrauit insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est.Ita TERRAS peragrari. 3. vo. or.131.. nec vero disiunctissimas citius cuiusquā passibus peragrari, q͂ tuis non modo dicam cursibus, sed victonis illustratę

lustratę sunt.i.percurri. LATEBRAS suspicionum.3.vo.or.48.possum omnes latebras suspicionũ peragrare dicendo.i.percurrere,recẽsere. PER ANIMOS aliq.in or.lib.104. sed ita peragrat per animos hominũ,ita sensus mentesq; pertractat, vt &c. ORBEM terrarum. 1.vo.or. 225.orbem omnium peragrasse terrarum.

PERCIPERE. Modo est capere.modo intelligere, sentire. alias aliud pro nominis natura,cui adiũctum erit,significabit. FRVCTVM. 1.vo. ph.175.pauca ipsa multum sæpe prosunt, & ferunt fructus,sed non tantos, quanti ex vniuersa philosophia percipi possint. PHILOSOPHIÃ 1.vo.ph.229.etiam si minus percipere potuisset. supra est philosophia.SENSVM ex aliqua re.2. vo.or.166..qui vos,quoniã est id ętatis,vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio,auxilium nondum patri ferre possit, orat ne &c. idest dolorẽ sentire qui iam possit. VSV aliq. 1.vo.ph.91.tamen quoniam vsu percepta sunt, nostra ducamus.i.in vsum recepta sunt. ANIMO aliquid . in or.lib.95.. siquis forte sit tardior posse percipere animo,& memoria custodire,non quæritur mobilitas linguę. Ita OPINIONE. Cæ.79. at Cæsar biduum in his locis moratus,q; hęc de Vercingetorige vsu ventura,opinione perceperat.i.q; ita opinibatus ante fuerat . OCVLIS. 1. vo. or. 214.. sed vt ne multi illud ante perciperent oculis,q̃ PO.RO.i. viderent. MEMBRA horrorẽ.Pl.18. nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis .i. occupat.

PERCVLERE. Sunt qui putant percutere tantũ ad animum pertinere. percutere ad corpus.nõ semper tamẽ seruatur. ANIMVM. Ter.3.. perculsit illico animum. DO.tamen legit percussit,& intelligit suspicio,aut quid tale percussit. ALIQ. ab abiecto.3.vo.or.112. adde casus, ad de incertos exitus pugnarum,Martemq; communem,qui sępe spoliantem iam, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto .i. a' victo permisit eum vinci . & est nunc percutere funditus perdere, potentiamq; magis respicit , q̃ corpus. CIVITATEM timore. Att.274. triduo vero,aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum cõiugibus & liberis effundebat . nũc est perterrefieri. ALIQ. Att.268.. cæterosq; pari fortuna perculsos.maximam animi constet nationem vis verbi complectitur.

PERCVNTARI. Est diligenter inquirere,ab iis sumptum,qui vada in fluminibus cõtis exquirunt. & aliquid, & de re aliqua percontamur. quo passiuo vsus est etiam Ci. Pl.10.. qui istuc in mente est tibi ex me mi vit percontarier . DE RE. de off.126..deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra rep. percontatus est . in or.lib.180.. illud Theophrasto accidisse , quod dicitur, cum pcõtaretur ex anicula quadã &c.

PERCVTERE. Est ferire, vel siquid auget per, grauiter ferire. ANIMAM. Att.59.. audiui ex Ganio hoc Firmano Romæ esse hominem, & fuisse assiduum,percussit animum . vbi statim vides & animum percuti, non semper perculi. Item.1.vo.ph.234.. quodcũq; nostros animos probabilitate percussit &c. LITERIS aliq. in fa.142..is cum ad me Laodiceum venisset, mecumq; eum ego esse vellem, repente percussus est atrocissimis literis. STRATAGEMATE aliq. Att.69. habuimus in Cumano quasi pusillam Romam,tanta erat in his locis multitudo, cũ interim Rufio noster quod se a' Vestorio obseruari videbatur, stratagemate alto percussit hominem. Ita COGITATIONE inani aliq. 3. vo.or.117.quid vultu extimuistis? quonã modo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit. SECVRI aliq.1.vo.ph. 53..quod vero filiũ securi percusserit. DE COELO aliq. 2.vo.or.115. complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas.i.ictas.

PERDERE. Est amittere,affligere. OCVLOS. 2. vo.or.252..aut quod oculos, vt opinio illius religionis est,nõ perdidisti.i.erepti nõ sunt. COHORTES. 3.vo.or.19.neq; equitatum in Syria, & cohortes optimas pdidissemus. CAVSAM. 1.vo.or.46.. hic tu si amplius HS nummo petisti, quam tibi debitum est,causam perdidisti. LIBERTATEM. 3.vo.or.18..cum Coss.prouinciarũ pactione libertatem omnẽ perdidissent. PATRIAM. Parentes. Amicos. Seipsos. 1.vo. ph.59.multi parẽtes,multi amicos,nõnulli patriã,pleriq; aũt seipsos penitus pdiderũt. VIRTVTẼ animi.2.vo.or.202.. recuperata vero sua dignitate se non cõmissurum,vt cum ea, quæ amiserat,sibi restituta essent, virtutẽ animi nõ haberet, quam nunq̃ perdidisset. VALETVDINEM.1.vo.ph.234.perdita valetudo,debilitas, cæcitas,interitus patriæ &c. ALIQVEM. Ter. 14.. vbi istic scelus est,qui me perdidit? Item. Dii te perdant . idest malis omnibus cumulent,disperdant.

PERDVCERE. Finem rei spectat verbum,& absolutionem.ac tacita quędam difficultas in eo inesse videtur . & aliquo, ad aliquid, & in aliquid perducimur . AD TEMPVS. in fa.143.. quæ si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est.i.si ad tẽpus tuũ puenire poterit. ALIQ. ad HS 50.1.vo.or.123.expositis suis difficultatibus hominem ad HS LXXX. perducit,eamq; ei pecuniam numerat. AD CONDITIONES. 1.vo.or.4..quod si facere nolit, atque inhibuerit eiusmodi rationibus il

lum ad suas conditiones perducere. AD SENTENTIAM. Att.257. veteranos, qui Cassilinis, & Calatię sunt, perduxit ad suam sententiam. AD FVROREM. 1. vo. ph. 220. nam aiacem quidem ira ad furorem, mortemq; perduxit. ET IN sententiam. Cæ. 78. hac coacta manu quoscũq; adit ex ciuitate in suam sententiam perducit. i. persuadet, impellit.

PEREGRINARI. Est per aliena loca peragrãdo proficisci. & aliquid, & aliquo loco. ALIQVA regione aliq. in or. lib. 169. nam vt semel e Piręo eloquẽtia euecta est, omnes peragrauit insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est, vt se externis oblineret moribus. ALICVBI. 1. vo. ph. 98.. quę quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. INFINITATEM. 1. vo. ph. 250. & cum alii sępe quod esset ante pedes non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, vt nulla in extremitate consisteret. i. videbat, mente percipiebat. AVRES alic. 3. vo. or. 107.. vestræ peregrinantur aures?

PERFERRE. Quando iampridem ad ea ventũ est, quę verba composita sunt ab hac præpositione per, satis erit semel dixisse, ea omnia plerũq; rei perfectionem, & finem continere. nam sępe vel pro suo simplici, vel etiam alio composito accipi, nemo negabit. NVNCIVM ali. Att. 289.. tamen existimaui a me quoq; tibi huius molestię nuncium perferre oportere. i. plane tibi significare. FAMAM. Cæ. 58.. nondum ad eum fama de Titurii morte perlata. i. allata. SERMONEM ad aliq. in fa. 182.. nam & scripsisti aperte quid tibi videretur, & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. i. plane exposuit. LITERAS. Att. 168.. Vectieno velim gratias, q̃ studiosus sit, si quẽq̃ nactus fueris qui perferat, literas des, ante q̃ discedimus. Item in fa. 20. cũ has ad te q̃primum literas perferri magnopere vellemus. Item. 24.. LEGEM. Att. 18. Pompeius vero ad volũtatẽ perferẽdæ legis incubuerat. Itẽ. 89. pro qua si Curio legẽ ptulerit HS cẽtena pendat necesse est. & ferre &, perferre legem eadem significatione dicitur, nisi fortasse in perferendo aliqua difficultas significetur, quæ non sit in ferendo. sunt etiam qui dicant, ferri legem, cum non semper accipitur, perferri cum accipitur. ego vero nusq̃ legi latam legem, nisi cum capta est. nam illud est proponere, non autem ferre.

PERFODERE Aliquid. 3. vo. or. 31. licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis.

PERFRICARE. Caput. 1. vo. or. 160.. cũ interea Apronius caput, atq; os suum perfricaret. idest vnctitaret. OS. 1. vo. ph. 199. quam tu idem cum os perfricuisti, soles dicere? idest quando omnem pudorem abiecisti. prouerbialis est sententia in eos, quos nihil pudet, vt dicamus os perfricuit.

PERFICERE. Aliquid. ONVS. in fa. 86. omne onus perficies, nisi forte, aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. i. exequere.

POSTVLARE. Omnino ẽ petere, sed iustũ qddã in se continet.Donatus inquit iuste volo, & iu re postulamus,imperiose poscimus . præterea postulare est querelam dicere de altero apud alterum,ad differẽtiam expostulare , quod est apud eũ qui nos offenderit , queri . Vt in verbo expostulare est dictum.sed maxime apud iudi ces aliquem postulamus.potest etiam interdũ exponi per velle,requirere. IVS .3.vo. or.134. quorum facinus commune,cur non sit eorum prædæ communis?ius postulabas. IVS suum aliq.Ter.80..verum enim quando bene prome ru t,fiat,suum ius postulat. NOCTEM. Att.55. ille noctem sibi postulauit,non cõcedebant.i. petiit. IN QVÆSTIOnem aliq.1.vo.or. 38.di xi iam antea sæpenumero postulatos esse ab istis duos seruos in quæstionẽ.vt.f de eis quæ reretur.2.vo.or.55.ab hoc adolescente Oppiani co in quæstionem postulauit. IN VERBA ali. 1.vo.or.11..cuius procurator non omnia iudi cia acceperit,quæ, quisq; in verba postularit. REM ALIquid.in fa.80.q̃ q; res ita postularet. .i.requireret. Att.199..cui audiebam illũ plus apud te posse q̃ grauitas illius ætatis, & impe rii prudentia postularet .i. q̃ ætatis grauitati, & imperii prudentiæ conuenitet. DE AMBI TV. vide de vi. Item. 302.. 322.. Item in or. lib.134. DE SODALICIIS. Afc.17.postulatus au tẽ erat, & de sodaliciis, & de ambitu. DE VI. Att.308..Sexti⁹ ab indice Cn.Nerio Pupinia de ambitu est postulatus . & eodem die a quodã M.Tullio de vi. DE MAIESTATE. Att.320..Gabi nium adhuc tres factiones postulant.L. Lentu lus Flaminis filius,qui iam de maiestate postu lauit. DE REPETundis.in fa.126..quod Pylius necessarius Attici nostri de repetũdis eum po stulauit,magna illico fama surrexit. Att.320.. PRODITIONIS. Cæ.184.. postulauit etiam L. Afranium proditionis exercitus. A' REPVL SA. In

SA. in fa.113..M. Claudiũ à repulsa postulatũ à Gallis duobus.i.statim post repulsam accusatus est. CVM pro velle significat.Pl.40..nam qui Hero ex sentẽtia seruire seruos postulat.i. vult.Item Ter.15..etiã nunc me subducere istis dictis postulas?i.vis.Item.113.sed ego stultior meis dictis parere hãc q̃ postulẽ.i.velim,credã.

POTARE. Est bibere. IN ROSA .1.vo.ph.78.clamat virtus beatiorem fuisse q̃ potantem in rosa Thorium. POCVLVM.2.vo.or.53.nego illũ adolescẽtem,quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, oino illo die esse mortuũ.

POTIRI. Est obtinere.capere. interdum frui.cõstructio vero est cum genitiuo.neq; tãtum huius vocis rei,cum pro imperio posita est,sed ẽt cæterorum.cum ablatiuo. ac accusatiuo. neq; ego video cum obtinet,genitiuum.cũ fruitur, magis ablatiuum poscere verbum. sed vtrãq; significationem his tribus casibus ꝑ communibus vti arbitratu suo comperio. RERVM.1.vo.or.29..prudentissima ciuitas Atheniensium dum ea rerum potita est, fuisse traditur. In fa.73.cogitaresq; & in nostra ciuitate,& in cęteris quæ rerum potitæ sunt.2.vo.or.108. RERVM potiri voluit,honores,quos quieta rep. desperant,turbata consequi se posse arbitrantur. HOSTIVM viuorũ. Cæ.237.circiter cẽtum partim occiderunt, partim viuorũ potiti sunt.i.viuos ceperunt. HOSTIVM passiue.Pl.45..nã postq̃ meus rex potitus est hostium.i.in manus hostium peruenit. Itẽ.46.ego postq̃ gnatus tuus potitus est hostium.Itẽ.95..ita gnata mea hostium est potita,neq; ea nunc vbi sit,scio.Item 96.eductã perdidi,atq; hostium est potita.quã dicendi figuram vides sępius à Plauto repetitam,tamen apud alios nusq̃ offendi,neq; ego libere vti auderem. HOSTIBVS viuis.Cæ.233..partim interficiunt,partim viuis sunt potiti.vt viuorum. RE. Cæ.149.quod nec opinantibus aduersariis eius,prouincia potitus esset.i.cepisset. BELLO aliquid.de off.3.aut victoria,vt,qui bello potiti sunt.i.bello suũ fecerũt. PACEM. 3.vo.or.147..pacemq; potiuntur.i.fruũtur. OPPIDVM. Cæ.252.qua spe nõnulla dum sine periculo murum ascendere,& oppidũ potiri posse sperarent.i.capere.GAVDIVM.Ter.96 .miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.i.fruitur. PRÆSENTIBVS .1.vo.ph.61.. nam & præterita grate meminit, & præsentibus ,ita potitur.vt &c.

PRÆBERE. Est tradere,adhibere, & quædã alia in exẽplis significare videbis.AVRES ali.2.vo.or.194..aures nõ obtusæ,sed vacuæ pręebant̃ ideſt adhibebantur. EXEMPLVM.Sall.83.ego non validissimus prebeo exemplum. FIDEM alicui.Att.266.sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit.i.pręstitit LACHRYMAS dolori alicuius. Att.46. sed tu tantum lachrymas præbuisti dolori meo. LVDOS ali.Ter.48.non possum satis narrare quos ludos præbueris intus.sumptum à ludis publicis,quibus maxime populus delectabatur. MATERIAM.in or.lib.168.illa mors vulgaris nullam præbet materiam ad ornatum.OPERAM ali.Pl.153.nimium festiua mulier operã prębuit .i.nos optime tractauit.OPINIONEM alic. tei: Cæ.33.. tantãq; opinionem timoris prębuit,vt iam ad vallum castrorum hostes accedere auderẽt.Itẽ.36. OS alicui.1.vo.or.156.& iis tacitũ os tuũ prębere malueris.Ter.80.. qui potui melius,q̃ hodie vsq; os pręebui miser.i. tradidi,obtuli. SE DIgnum re.in fa.29.. qui si dignum se maioribus suis præbuerit.&c. SE CREdulum Att.246.vel verba mihi dari facile patior in hoc,meq; libenter pręebo credulũ. SE ALium Pl.22.longe aliam inquam præbes nunc, atq; olim,cum dabam.vel est orationem aliam pręebes.vt supra. SPONSAlia alicui. Att.309..spõsalia Crassipedi pręebuit.est quæ ad nuptias pertinent celebrare, vt conuiuium,& reliqua. Ita. SPECIEM.Cæ.36. speciem atque opinionem pugnantium pręberent.Item.179..

PRECARI. Planum est quid sit proprie ponitur interdum etiam.pro composito deprecari, vt DO.ait.eo in loco. Ter.72.. nemo accusat Syre te,nec tu aram tibi, neq; precatorem pararis.i. deprecatorem.& precari aliquando idẽ est qđ deprecari, hoc est à se crimen depellere.

PRÆCIDERE. Est modo ante.& tum significat imolare inqt Sex.modo valde cędere,& quasi per medium abscindere.vt. POTESTATEM. Att.282..tetrum enim spectaculum oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate pręcisa.i.penitus intercepta. LICENTIAM .1.vo.or.148..nunq̃ ipsimet nobis pręciderem⁹ hanc licentiam,libertatemq; viuendi. LIBERTATEM.vi de licentiam. SPEM alic.1.vo.or.80. spem iudicii corrumpẽdi præciderem. DEFENSIOnem.1.vo.or.180..postremo illa quidem certe tibi pręcisa defensio est.i.prorsus adẽpta.LINGVAM.Pl.162.dum te obtuetur linguam oculi præciderunt. ideſt aspectus eius te mutum reddidit. SINE exceptione.Att.121..planẽ sine vlla exceptione pręcidit.i.pręcise respõdit.Itẽ.168.quod quia planẽ cum in Formianũ venisset præciderat,asperius ad te de eo scribere solebam.i.libere,sine vlla excusatione negarat. EX ALIqua re aliquid.1.vo.or.142. quid nam sua vi.& authoritate mihi ex hac oratione pręciderit.i.dempserit.amputarit,abiicerit.

PRÆCINERE. Fides epulis.1.vo.ph.110.q; deorum puluinaribus,& epulis magistratuum fi-

des præcinunt.

PRÆCIPERE. Proprie est ante capere. sæpe & iubere, vel imponere. & tũ aliquid, vel de re aliqua præcipimus. PECVNIAM mutuam. Cæ. 168.. debitam biennii pecuniam exegerat, & ab eisdem in sequentis anni mutuam præceperat .i. anno ante cœperat. COGNITIONem .1. vo. ph. 242. exístit illa à deo Delphis præcepta cognitio, vt ipsa se mens vitiis exutá cognoscat. DE RE aliq. in or. lib. 96.. nã de actione & ad memoria quędam breuia, sed magna cum exercitatione pręcepta gustatam.

PRÆCIPITARE. Et hoc verbum vnum ex iis ẽ, quæ vtranq; naturam seruare dicebam in grãdire, & transitiuam & intransitiuam. vt. TRIBVNATVM .2. vo. or. 221. tu tuo pręcipitãte iã, & debilitato tribunatu, auspitiorum patronus subito extitisti. i. qui ad finẽ propetabat. & est intransitiue nunc, vt si diceres moriẽte, finiẽte. itẽ. REMP. 2. vo. or. 167. præcipitante rep. vehementẽ me fuisse. i. cũ præceps rueret. itẽ. HIEMEM. Cæ. multi iam menses transierant, & hyems iam pcipitauerat. itẽ. SOLEM. in or. lib. his autem de rebus sol me ille admonuit, vt breuior essem, qui ipse iã pręcipitãs, me quoq; hęc pręcipitẽ pene euoluere coegit. ALIQVID aliq. loco. 1. vo. ph. 217.. qui se ẽ leucade pręcipitauerit. Itẽ. 2. vo. or. 232.. spoliari PO. RO. beneficiis amplissimis pręcipitari ex altissimis di gnitatis gradu.

PRÆCLVDERE. Est occludere. INTROITVM alicui. Cę. 50.. nã crebris arboribus succisis omnes introitus erant præclusi.

PRÆCVRRERE. Est anteuenire. & aliqd, & alicui præcurrimus. ÆTATEM. in or. li. 120.. quæ studio & diligẽtia præcurrit ætatẽ. i. lõge plus præstat, q̃ ætas postulat. Itẽ in or. lib. 164.. cui quãq̃ faueo tñ illũ ætati suæ pręstare cupio. vobis vero illum tãto minorẽ præcurrere vix honestũ est. i. antecellere. Vide transcurrere. PRÆDARI. aliqd. de off. 66. hoc secundũ naturã eẽ neminẽ id agere, vt ex alterius pędet inscitia.

PRÆDICARE aliq. Est vulgo dicere. aliquando laudem continet, interdum est simpliciter loqui. & aliqd, & de aliquo pędicamus. vt. 3. vo. or. 55. si minus ad referendam gratiam satisface re potuerim, ad pędicandam, & tribuendam certe satis esse facturam. in fa. ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti. sall. 17. ipsum Crassum postea prædicantem audiui tantam illam contumeliam sibi à Cicerone impositã. ORATIONem. Pl. 22. aliam nũc mihi orõnem despoliato pędicas. i. loqueris.

PRÆESSE. Est præpositum esse alicui rei gerendę, atq; administrandæ. dicimus vero præesse alicui rei, & in aliqua re. QVÆSTIONI. 3. vo. or. 197. accipiet'ne excusationem is, qui quæstioni pręerit gręculi iudicis, modo palliati, modo togatis PECVDIbus. Att. 294. est autẽ non modo eius, qui sociis & ciuibus, sed etiam ei', qui semis, qui mutis pecudibus pręsit, eorum, quibus præsit, commodis vtilitatiq; seruire. SERVIS. Att. 294.. vide pecudib'. MAGISRATVI. Cę. 5.. qui summo magistratui pręerat, quẽ Vergobretum appellant Hedui. PROVINCiæ. in fa. 26. senatum eos voluisse prouinciis præesse, qui antea non præfuissent. Att. 95. IN PROuincia. 1. vo. or. 188.. si quis forte ẽ ex ea prouincia, in qua tu trienniũ pęfuisti, qui te nolit perisse.

PRAEFARI. Honorem. in fa. 140.. nos autem ridiculi, si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non præfamur, sin de Aurelia aliquid, aut lolia, honos præfandus est. 1. vo. ph. 71. quę si appelles, honos pręfandus sit. est autem dicẽ di modus eorum, qui aliquid obscœnum dicturi sunt. hoc enim modo eam turpitudinem diminuere maxime videntur. vulgo dicitur. com reuerentia.

PRAEFERRE. Modo comparationẽ habet, modo præpositionis vim tantum sequitur, interdum etiam est pro præ se ferre. OPINIONEM Cæ. 133.. sed hæc eius diei præfertur opinio, vt se vtriq; superiores discessisse existimarent. i. cum plures, & varię de eo prælio essent opiniones, hęc prælata est. THÆDAS sibi 4. vo. or. 225. dicitur inflammasse thędas ex iis ignibus, qui ex Aetnæ vertice erumpunt, quas sibi cum ipsa pręferret, orbem omnium peragrasse terrarũ. ita tu facem. lumen, cereum. AVARITIAM in se. 1. vo. or. 32.. quid horum negari potest? te nuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queat, atq; eo magis eluceat, quo magis occultatur, auaritiam pręfers, qui societatem coieris de municipiis, cognatiq; fortunis cum audacissimo. i. nunc præ te fers.

PRAEFICERE. Et rei, & in re. vt præesse. cui etiã significatione est persimile. vt. Cæ. 215.. Cæsarẽ amicum & necessarium suum regionibus syrię pręfecit. BELLO. 2. vo. or. 9. vtinam quirites virorum fortium, atq; innocentium tantam copiam haberetis, vt hæc vobis deliberatio esset difficilis, quem nam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. REI alicui. 1. vo. or. 9. restat, vt de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiẽdo dicendũ esse videatur. PROCVRATIONI aliq. 2. vo. ph. 183. & huic procurationi certum magistratum præfecerat. MAGISTRATum aliq. rei. vide procurationi. ANIMVM corpori. 2. vo. ph. 198.. eumq; ut dominum atq; imperatorem obedientem præfecit corpori. CVM imperio. Cę. 198. non solum vrbibus, sed pene vicis, castellisq;

stellisq; singulis cum imperio præficiebantur. IN EXERCITV. 3.vo.or.12. inq; eo exercitu ipsius tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat, vt in prouincia præesse.

PRÆFINIRE. Terminale est verbum. significat autem cum aliquid mandamus, rei summam, & tempus statuere. in fa.96.. sed eò vidisti mul tum, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. nam hoc ad rei summam attinere videtur. SVMPTVM. 2. vo.ph.183.. à quo iterum funerum sumptus pręfinitur ex censibus à minis quinq; vsq; ad minam. DIEM ali. 3.vo. or. 76.. pręfinit enim successori diem. In fa. 86. cum esset mecum largus homo tui studiosus locutus Cal. Ianuarias tibi præfinitas esse. &c.

PRÆGESTIRE Aliquid facere. 3.vo.or.51.. prægestit animus iam videre. idest valde cupit. nam gestire cupere interdum significat.

PREHENSARE. Prehensabant maxime petitores, cum ambibant. Att.1. prehensat vnus P. Galba sine fuco, ac fallaciis more maiorum. idest ambit. Item. nos autem initium prehensandi facere cogitaramus eo ipso die, quo puerum tuum cum his literis proficisci Cincius dicebat.

PRÆIRE. Proprie pedum est. quod Ter.4. dissoluit dicens. i prę, sequar. transfertur tamen ad quędam alia non inepte. & pręimus re aliqua. non ita tamen, vt diceré Pompeiū Cæsari ætate præire. sed anteire, etiam si prę sit idem quod ante. VOCE aliq. 3.vo.or.102. qui hesterna etiam concione incitati sunt, vt vobis voce præirent, quid iudicaretis. idest vobis etiam quasi dicerent, quid iudicaretis. VERBIS. Pl.247. per Venerem hanc iusiurandū est tibi. La. quid iurem tibi? Gr. quod iubeo. La. pręi verbis quid vis. quod iusiurandi genus idem est cum conceptis verbis iurare. IVDICI. A sc. 20. suadebat, atq; etiam præibat iudicibus.

PREMERE. Multas significationes huic verbo accommodat No. Marcellus. quæ si possunt ad aliquod quasi proprium genus reuocari. hæc esse videntur. cogere scilicet, & vrgere. nā nisi vi adhibita quadam quicquam premi potest. PEDEM. Pl.29.. neq; illęc vlli pede pedem homini premat. AGMEN nouissimum. Cę.139.. cum ab equitatu nouissimum agmen premeretur. ALAS. 2.vo.ph.120. rursus cantu, plausuq; premunt alas. idest concutiunt. de gallis loquitur, qui in cantu alas excutiunt. SPESVM. Pl.129.. aliud quiduis impetrari à me facilius perferam, q̃ vt non istunc ego suis pro factis pessumis, pessum premam. idest pessundem. sed auxit vim in premo verbo.

ÆRE ALIENO premi. Att.101.. qui ęre alieno premantur. INOPIA. Cę.197. hi cum diu retinerentur, atq; aque inopia premerentur. Item.83. simili omnem exercitum inopia premi. FAVCIBVS aliq. 2.vo.or.35.. istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re, cum faucibus premeretur. &c.

PRÆMITTERE Aliquid. Cę.150.. ipse cum equitibus sexcentis magnis itineribus progreditur, edictumq; pręmittit. ad quam diem magistratus, principesq; omnium ciuitatum sibi esse præsto cordubę vellet.

PREHENDERE. Videtur proprium esse prendere secundum Do. qui ita ait de hoc verbo. tuus pater modo me prehendit, pro prendit, addita aspiratione geminauit syllabam. est autem prehendere, capere. SVSPITIONEM aliquem. Pl.167.. metuo miser, ne patrem prehendat, vt sit gesta res, suspitio. idest ne pater suspicetur, vt res se habeat, metuo. PRINCIPIVM. Pl.190.. malum, callidum, doctum, qui quando principium prehenderit, porrò virtute sua teneat, quid se facere oporteat. idest ceperit. STILVM. in or.lib.172.. deniq; cum ociosus stilum prehenderat, motusq; omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio.

PRÆLIARI. Est dimicare, certare. PEDITES. Cæ.46. ex essedis desiliunt, & pedites pręliantur. ET PEDIBVS. Cæ. ac pedibus præliantur.

PRÆMVNIRE Aliquid. 3.vo.or. quamobrem illa, quę ex accusatorum oratione pręmuniri iam, & fingi intelligebam, fretus vestra prudentia non pertimesco.

PRÆOCCVPARE. Est ante capere. ALIQVID. 3.vo.or.214.. quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas pręoccupauit oratio tua. TIMOREM animum aliq. Cę.76.. sic omnium animos timor pręoccupauit. VIAS. Cæ.84.. Galli ne ab equitatu Romanorum viæ pręoccuparentur. ita de locis omnibus.

PRÆPONERE. Proprie est anteponere per comparationem. sæpe est etiam quod præficere. PROVINCIÆ aliq. in fa.26. ego de prouincia decedens quęstorem Cœlium pręposui prouinciæ. CLASSIS. 2.vo.or.10. cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui Cos. Po. Ro. præpositus esset, à pędonibus capta, atq; oppressa est.

PRÆSAGIRE. Est prædiuinare, præsipere, acute sentire. sagax enim est acutus, & solers. & sagę mulieres, quæ multum sciunt inquit Sex. ANIMVM ali. Pl. 34.. pręsagibat mihi animus frustra ire me, cum exibam domo. vulgo mi daua l'animo.

PRÆSCRIBERE. Modo sequitur præpositionis prę, vnde est compositum, naturam. aliquando præstituit, rei modum imponit. & aliquid alicui, & de aliqua re præscribimus. 2. VO. or. 112.. atq; ita sibi ab his, & à L. Cassio esse pręscriptum, vt equitatum in Italiam q̃primum mitteret, pedestres sibi copias defuturas. nunc est ante scribere. 1. VO. or. 4. & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Att. 153.. veni igitur & age de pace, meo ne inquam arbitratu? an tibi, inquit ego pręscribam? FINEM. Ter. 4. tute ipse his rebus finem præscripsti pater. AVTHORITATEM ali. Att. 69.. nundum enim satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de authoritate præscripta. est præfinire imperium alicui, & quasi quendam terminum ponere, quem iure prætergredi nequeat. in fa. 78..

PRÆSEFERRE Aliquid, est id aliquo modo significare. factum autem verbum est à præ, & pronomine me, te, se, & ferre. vt præ se gerere, & pre se ducere. PROBITATEM. ingenuitatem. 1. VO. ph. 45. vt præ se probitatem quandam, & ingenuitatem ferat. EXIRE Roma. 3. VO. or. 3. hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum. idest significasse, ostendisse se eo die Roma esse exiturum. MOTVM animi. in or. lib. 164. actio, quæ præ se motum animi fert, omnes mouet.

PRÆSEGERERE. Coniecturam. in or. lib. 65.. nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere coniecturam, vt amor, iracundia, molestia.

PRÆSIDERE. Est ad opem præstandam pręesse. interdum pro pręesse. a quo tamen hoc differre videtur. vt pręsimus etiam vilioribus negociis, præsideamus nobilioribus. & rei, & in re præsidere dicitur. IN RE. Sall. 23.. at Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro piceno pręsidebat.

PRÆSTARE. Multa, vt inquit No. significat. sed illæ significationes longe frequentiores sunt, cum est pro antecellere, & pro seruare, cauere, & vtile esse, vt in exemplis. HOMINEM homini. Ter. 29.. Dii immortales homini homo quid præstat? stulto intelligens quid interest? Item in or. lib. 182. quid præstat igitur intelligens perito. RE ALIQ. in or. lib. 143.. in qua ipse florentissima multum omnibus gloria præstitisset. Item in or. lib. 90. quos constat dicendi gloria præstitisse. Ita NVMERO. Cæ. 174. cum ipsi numero militum, equitumq; præstarent. idest paratiores essent à numero militum. INTER alios aliq. Pl. 214.. sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine. idest ceteras pulchritudine superauimus. AD ALIQVID. 2. VO. ph. 57.. nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem, solertiamq; præstantior. DAMNVM. de off. 65. quicquid enim inest prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, pręstare oportere. idest satisfacere. Ita CVLPAM. 2. VO. ph. 191.. nam cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo authore lata esse dicitur. tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis. in or. lib. 94. perge vero Crasse inquit Mutius, istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo. idest mihi ascribi permittam. vulgo la colpa sia mia. PERICVLVM. Cę. 164.. ille neq; legatos Cæsaris recipere, neq; periculum præstare eorum. vulgo assecurarli. DICTVM. de off. 63. sin autem dictum non omne pręstandum est. quod dictum non est, id præstandum putas? FIDEM. in fa. 7.. vt si Rex amicis tuis, qui per prouinciam imperii pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset. Cæ. 201.. fidem PO. RO. sibiq; pręstaret. 3. VO. or. 241.. ANIMVM eundem. in fa. 10.. eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum pręstitissem. Ita ALIQVEM. Att. 93. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, q̃ per me in Brutum, quem tamen ego præstare non poteram. CASVM. in fa. 73.. id est vt communem, incertumq; casum, quem neq; vitare quisquam nostrum, neq; præstare vllo modo potest, sapienter ferres. vt ea nobis præstanda sunt, quę nostra culpa eueniunt. ita contra, ea præstare, nequaquam tenemur, quæ casu contingunt, qui sapienti etiam dominatur. RE ALIQVID. in fa. 55.. tu vero, vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. idest non modo verbis, sed re ipsa præstabo. OFFICIVM. in fa. 49.. vt magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, q̃ aliis posse suum officium præstare. Ita REMP. alicui. Att. 157. quibus interdum præstare videntur etiam remp. debere .i. conseruare. CONSVETVDINEM. in fa. 65.. siquis forte fuerit, qui nostræ dignitati obesse velit, peto à te, vt tuam consuetudinem, & liberalitatem in me defendendo mihi pręstes. BENEVOLENTIAM: in fa. 40.. præstat tibi memoriam beneuolentiáq; quam debet. Item. 55. MEMORIAM. in fa. 40.. vide beneuolentiam. CONSTANTiā. Att. 19. vt reip. constantiam præstem. FRVMENTū. Cæ. 6. hos seditiosa, atq; improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentū conferant,

quod

quod præstare debent. SE EIVSMODI. 1. vo. or. 148. verum etiam seipsum eiusmodi fore profitetur, ac præstat. VICEM alicuius. Sall. 82. per deos immortales vtrum censetis me vicem ærarii præstare, &c. MVLTO alicui. in or. lib. 28.. multo mihi, multo inquam Iud. præstat. Item. 3. vo. or. 80. emori potius, q seruire præstaret. nūc vero vtilitatē significat.

PRÆSTITVERE. Est præscribere, præfinire. maxime de tempore. DIEM alicui. Ter. 133.. certe hercle si satis ego commemini, tibi quidem olim est dies, quam ad dares huic, præstituta. ideſt præfinita. Item. 1. vo. or. 106. diem præstituit operi faciundo. Cal. Decembris, locat circiter idus Septemb.

PRÆSTOLARI. Dicitur is, qui ante stando ibi, quod venturum excipere vult, moratur. tum vero cum accusatiuo construitur. interdum præsto esse. vt ait Do. tum vero datiuum etiam postulat in constructione, vt in exemplis. ALIQVEM. Ter. 47. quem præstolare? ALICVI. in or. lib. qui tibi ad forum Aurelium præstolaretur.

PRÆSTRINGERE. Dicebam ad verbū perstringere, quædam, quæ huius verbi propria esse videntur, communia cum illo facta esse. vt aciem siue oculorum, siue animi præstringere magis, q perstringere & diceremus, & scriberemus. quod tamen & per perscribere, & scribunt, & proferunt. quid si contra item in hoc factum sit? nam cum breuitatem significare volumus. magis dicendum videtur perstringere, q præstringere. vt eodem modo percurrere orationem. cum lectionis celeritatem significamus, non autem præcurrere dicimus. & tamen scribunt, & proferunt præ magis etiam, q per. quā scripturæ rationem nos integram reliquimus, satis hoc, quicquid admonitionis fuisset, futurū arbitrati. OCVLOS. Pl. 145.. curate vt splēdor meo sit Clipeo clarior, q solis radii esse olim, cum sudum est, solent, vt vbi vsus veniat contra conferta manu oculorum præstringat aciem in hostibus. ACIEM ingenii. 1. vo. or. 615. mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modo verbis te obruat, sed gestu ipso, ac motu corporis præstringat. PORTAM. 3. vo. or. cuius quidem vomere portam Capuę penē præstrinxisti. ideſt rasisti. Item. rei magnitudo me breuiter præstringere atrocitatem criminis non finit. ideſt attingere.

PRÆTERIRE. Proprie est vltra id progredi, quo iter destinaueramus. sed per ornate transfertur ad multa alia. VILLAM. Ter. 38. quid opus est verbis? dum hęc reputo, præterii imprudens villam. ideſt prætergressus sum. Item. 38.. villam prætereo sciens, nunc est relinquo. OFFICIVM. in fa. 145. nullum enim in te officium, ne minimum quidem sine maxima culpa videor posse prętterire. Item. 1. vo. or. 12. quod officium Aquili commemorari procuratoris potest? quod ab Alpheno præteritum esse videatur. ideſt omissum esse. SCELVS. in fa. 61.. nihil Antoniū sceleris, nihil crudelitatis prętteritum fuisse. ALIQVEM. 3. vo. or. 168. fratris filium præteriit. i. posthabuit. ALIQVID silentio. in fa. 64. non enim fuit, aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset prętteriri. 3. vo. or. 184.. hoc vero recens edictum D. Bruti quod pauloante propositum est, certe silentio non potest prętteriri. ANNVM. in fa. 115. hoc sic prætterito anno. ALIQVID aliquem. in fa. 9. sed te non prætterit, q sit difficile sensum in rep. præsertim rectum, & confirmatum deponere. Item. 1. vo. or. 150. neminem vestrum prætterit Iud. i. fugit latet. Item in fa. 147.. non me prætteribat in tanta solicitudine &cæt. ideſt non ignorabam. IN petitionibus etiam prættteriri dicebatur is, qui repulsam tulisset. 2. vo. or. 261. sed Po. a quo es præteritus, in culpa est. Item. 260.

PRÆTERMITTERE. Est omittere, seponere. interdum prætterire. & consulto relinquere ex eo Ci. de off. 54. recte opponi videtur. qui inquit. qui negant eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum. AVTHORITATEM alic. ex re. 2. vo. or. 140. tolle mihi e causa nomen Catonis, remoue, ac prætermitte authoritatem, quæ in iudiciis, aut nihil valere, aut ad salutem debet valere. SILENTIO aliquid. 3. vo. or. 248.. ac ne illud quidem silentio P. C. prætermittendum puto. i. prætereundum. VOLVPTATEM. 1. vo. ph. 58.. hi voluptatem maximam adipiscuntur prætermittenda voluptate. ideſt contemnenda voluptate.

PRÆTERVEHI. Est vltra eum locum vehi, quo in loco sisti debebat. vt AVRES aliquid. 3. vo. or. 55.. etenim ei succedo orationi, quę non prætervecta sit aures nostras, sed in animis hominum penitus insedit. ita vocem, ita cantum, ita de multis eiusmodi.

PRÆTEXERE. Est tegere, & diuersum ab eo, quod est, ostendere. aliquando prius ordinare. CVPIDITATEM. 3. vo. or. 91.. neq enim quisquam potest exercitum cupere, aperteq petere, vt non prætexat cupiditati triumphi. item sic omnia, quæ fiunt, quæq aguntur lenioribus principiis natura ipsa prętexuit.

PRÆVARICARI. Proprie est vera crimina aduersarii tegere. No. vero ait, prævaricator a præ

tergradiendo vocatus est, quasi qui ad aduersarium transeat. 2. vo. ot. an vt preuaricare tur? 1. vo. or. 64. vtrum te perfidiosum, an preuaricatorem existimari mauis?

PRÆVENIRE Aliquid. de off. 58. nisi aliquis casus, aut occupatio consilium eius preuenisset. idest impedimento fuisset.

PRÆTERVENIRE. Casum aliq. aliqua re. Asc. 11. huius sunt enim Tragedię, quę inscribunt Iulii, hi autem Iulii, & Antonius ab satellitibus marii sunt occisi, cum Crassus (vt supra diximus) eundem casum sua manu preteruenisset.

PRÆVERTERE, & PRÆVERTI deponens. aliquando significant valde vertere. plerunq; anteponere. in qua significatione dicimus præuertere, & preuerti alicui rei. Plautus tamen dixit pre aliquo loco alicui. in altera vero significatione tātum aliquid preuertimus. idq; tantum in voce actiua diceremus. Pl. 50. sequere, te vt amittam, ei rei primum præuerti volo. idest hoc ante omnia expedire volo. Item Pl. 169. ocium non est, mandatis rebus preuorti volo. Pl. 188. hoc preuortar principio. illa omnia missa nunc habeo, quæ ante agere cœpi. Item. 2. vo. ph. 82. ita tamen si uacas animo, neq; habes aliquid, quod huic sermoni preuertendum putes. Item Cæ. 86. huic rei preuertendum existimauit. nunc est pro occurrere. PRÆ ALIQVA re aliq. Pl. 8. nec me vxoré preuortisse dicant pre rep. i. reip. vxorem præposuisse. ALIQ. 1. vo. or. 175. nemo vnquam me tenuissima suspitione perstrinxit, quem non preuerterim. idest exagitarim, diuexarim. nunc pre valde significat.

PRIVARE. Est cū quod propriū alicuius sit, id ab eo si aufertatur. tamq; de malo, q̄ de bono dicitur. ALIQVID aliqua re. in fa. 54. nec eam multis claris viris orbatam priuare etiam aspectu tuo. VOLVPTATE aliq. 1. vo. ph. 58. ob eumq; errorem, & voluptatibus maximis sępe priuentur, & grauissimis animi doloribus torqueantur. ÆGRITVDINE aliq. 1. vo. ph. 200. quętendum est igitur quemadmodum ægritudine priuemus eum. Ita DOLORE aliq. 1. vo. ph. 56. nam quoniam cum priuamur dolore &c.

PROBARE. Vt probi sunt quasi prohibi, ita probare est quasi prohibere. quod vero prohibetur a malis, dignum est laude. probare igitur recte laudare significabit. interdū etiā efficere, quod recte laudetur. eodem modo quia quę laudabilia sunt, non recusantur, ideo pro accipere etiam vsurpatur. dicimus vero & aliquid, & de re aliqua, & pro re aliqua probare. ALIQVID alicui. 3. vo. or. 114. quod si Miloni locus datus esset, probasset profecto tibi ipsi, neminem vnquā hominem homini cariorem fuisse, q̄ te sibi. Item. Att. 61. est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo, quos vt spero valde tibi probabo. Item. 91. hęc a me ordine facta puto meo Bruto probatum, tibi nescio, Catoni certe probabo. CAVSAM suam. 1. vo. or. 17. si causa cum ipsa contenderet, nos nostram perfacile cuiuis probaturos statuebamus. Att. 2. spero me tibi causam probasse. i. ostendisse causam meam honestam esse. DE RE aliqua Att. 166. quibus de meo celeri reditu non probabam. i. non satis honestam causam afferebam de reditus mei celeritate. MEMOREM me. in fa. 158. & multo presens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. i. ostendere. IN VVLGVS aliq. de off. 116. Cato autem perfectus mea sententia stoicus, & ita sentit, quæ non sane probantur in vulgus, & in ea heresi est. quę &c. i. quę vulgo nó placent. COMMENDATIONEM. Att. 81. Lemnio tuas commendationes, & statim verbis, & re aliquo tempore probabo. i. ostendam valuisse. PRO RE. Ter. 35. preterea forma, ętas ipsa est facile vt pro eunucho probes. i. vt pro Eunucho habearis. DIEM. in fa. 128. quare diē istum probo. i. placet dies. accipio diem.

PROCEDERE. Interdum est pro succedere. nōnunq; progredi. Att. 165. quid agam nunc? cui nihil procedit? caduntq; ea, quæ diligentissime sunt cogitata, teterrime. i. secus omnia eueniunt. EX SENTENTIA alicui. in or. lib. 95 vnam, q intelligerent ii, quos vsus, ac natura docuisset, nonnunq̄ summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere. PARVM. Ter. 16. nisi id putas, quia primo processit parum, non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. i. succedere. INSIDIAS alicui. sall. 11. ibi multa secū ipse volnens, q neq; insidiæ Consuli procedebant. i. factæ consuli. Ter. 99. Syre processisti hodie pulchre. i. Syre hodie tibi pulchre processit. facit enim Syrū, non rem procedere. vt tam hominem procedere in hac significatione, q̄ etiam rem recte dicamus. AD TIBIAM. 1. vo. ph. 182. militiam vero nostram dico, non spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. CVM ætate aliq. Att. 200. præterea ad virtutem maior indoles, vt minime mirum futurum sit, si cum ętate processerit. i. creuerit. EO MAGNITVDINIS. Sall. 26. & eo magnitudinis procederent. vbi pro mortalibus gloria æterni fierent. i. ad eam magnitudinem venirent. Item. 27. eoq; vecordię processit, vt studiis ciuilibus bellum,

bellum, atq; vastitas Italię finem faceret.i.vsq; eo vecordes facti sunt. OBVIAM aliq. ali. in fa.162. nam ei obuiam processeram millia passus centum. PAGELLAM. in fa.179. altera iam pagella procedit. complerat alteram pagellã, cum etiam pergeret scribere. quare ait altera procedit. FVNVS. Ter.3.. funus interim procedit.i.progreditur, quia pompa in longum ducitur. ITER dierum. Cæ.71.. neq; quisq̃ est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse initium eius syluæ dicat, cum dierum iter LX. processerit. iter puto legendum, vt viã. VIAM tridui. Cæ.12. cum tridui viam processisset. IN SOLEM. Ter.167.. processerat enim in solem, & puluerem, nõ vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis.i.exierat. Ita EXTRA munitiones. Cę.59.. ꝓcedit extra munitiones.i.exiuit. IN ALIqua re.1.vo.ph.91. qui tũ in philosophia, tũ in optimo genere philosophię tantũ ꝓcesseris.i.ꝓfeceris. HONOribus lõgius. in or.li.180.. is processisset honoribus longius, nisi semper infirma, atq; etiam ægra valetudine fuisset. VIA & ratione aliq.1.vo.ph.54.. non quo vos ignorare arbitrer, sed vt ratione, & via procedat oratio.i.recte, & ordine.

PROCREARE. Periculum alicui. Att.37. si mihi periculum procrearetur ab eo.

PRODERE. Est modo patefacere. Idq; contra officium sępius. modo differre, producere, protrahere tempus, longæuum fecisse inquit Sex. AMICITIAM aliq. Sall.83.. eumenem, cuius amicitiam gloriosę ostentant, initio prodidere Antiocho pacis mercede posthabitam. CAPVT alicuius. in or.lib.143.. neq; vero lõge ab eo C. Iulii caput hospitis Hetrusci scelere proditum, cum Iulii fratris capite iacuit. REMP. Sall.39.. dicet aliquis, quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere remp. FIDEM. Sall.9. sed ea sępe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cędis conscia fuerat &c. OFFICIVM. 1.vo.ph.7.. vide fidem. LITERIS aliquid. 1.vo.or.85.. ne postea quidem cum in ea ipsa loca venisti, & potuisti accipere id, quod est proditum memoriæ, ac literis.i. mandatum. MEMORIÆ sermonem alic. in or.lib.144. sermonemq; L. Crassi reliquum, ac penè postremum memoriæ prodamus.i.mandemus. 3.vo.or.103. non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memorię prodiderunt eum, qui &c. POSTERIS aliquid. Cæ.100.. cuius rei exemplum si non haberemus, tamen libertatis causa institui, & posteris prodi pulcherrimum iudicarẽ. MEMORIAM posteris. de off.46. danda igitur opera est, vt his beneficiis q̃plurimis afficiamus, quorum liberis, posterisq; prodatur memoria. MONIMENTVM. 2.vo.ph.82.. nihil est autẽ, quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisq; monimentis efficere, atq; assequi possit. NOMEN. 1.vo.ph.170. cum Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidẽ proditum est, mortem tantopere contempserit.i. cuius ne nomen quidem extat. DIES rei. Ter. vt aliquot saltem nuptiis prodat dies. idest proferat. DIEM. 2.vo.or.222. primum, vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur, deinde ne pro indicta die quis accusetur, vt ter ante magistratus accuset intermissa die, q̃ mulctam irroget, aut iudicet. quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium sit futurum. FLAMINEM. Asc.14. Milo Lanuuium, ex quo erat municipio, & ibi tum dictator profectus est ad flaminem prodendum.i.declarandum. INTERREGEM. Asc.14. qui interregem prodere non essent passi, cum interregẽ prodere moris esset ad III. Cal. Feb.

PRODESSE. Est vtile esse. & quasi pro nobis esse. Vt exponit DO. super illud. Ter.111.. quod reliquit, profuit. INTER se alios aliis. de off.5. ita enim est, vt alii aliis, & alii aliis iter se prosint.

PRODIGERE. Est consumere, absumere, per luxuriem rem abuti. Sall.76. nisi Vectius Picens, & scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint. Item Pl.37.. festo die siquid prodegeris, profesto egere liceat.

PRODIRE. Non solum est in apertum exire, sed etiam porrò ire. IN CONSPECTVM ad aliq. Pl.111. pudet prodire me ad te in conspectum pater. Item Pl.129. is me adiit, nam illum prodire pudet in conspectum tuum. ET IN conspectum alicui. Ter.131.. neq; mihi in conspectum prodiit. Ita IN PVBLICVM. Att.125.. scio equidem te in publicum non prodire. sed tamen audire te multa necesse est. IN LVCEM aliq. in or.lib.168. vides ne igitur, vt in ea ipsa vrbe, in qua, & nata, & alta sit eloquentia, q̃ ea sero prodieret in lucem .i. clara facta sit. Item Ter.57. Anus quędam prodiit. idest exit. EXTRA modum. de off.28.. ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. OBVIAM alicui. in fa.39. an ego tibi obuiam non prodirem? primum Appio Pulchro, deinde imperatori. IN FVNVS. Ter.3.. ego quoq; eius causa in funus prodeo. de re rust.41.

PRODVCERE. Propriè est in longum ducere, proferre. significat etiam quasi procreare: quod NO. exponit instituere. & quædam alia, vt in exemplis. MORAM ali. rei. Ter. 14. dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram. idest proferam. DIEM. Ter.90. nam iam adibo, atq; vnũ

quicquid , quod quidem erit bellissimum ,
carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc
producam diem .i. transigam. SERMONEM
in noctem. de off.126..post autem regio appa/
ratu accepri sermonem in multam noctẽ pro/
duximus.i.sermoni nostro magna pars noctis
addita est. VITAM. Cæ.225..alga è litore col/
lecta,& aqua dulci,& lota, & ita iumentis esu/
rientibus data , vitam eorum producebant .
ALIQ . cõditionibus.1.vo.or.5.ille homo acer
rimus bonorum possessor,expulsor,ereptor an
num & sex menses nihil petit, quiescit,condi/
tionibus hunc quoad potest producit. REM.
Cę.143.producitur tamen res, aciesq; ad solis
occasum cõtinentur. EXERCITVM è castris.
Pl.4.hęc vbi legati pertulere, Amphitruo è ca
stris illico producit omnem exercitum. Ita IN
ACIEM copias.in fa.162. repente Antonius in
aciem suas de vico produxit, & sine mora cõ/
currit. TESTES. Asc.70.. loqui enim nisi in/
terrogato teste non licet, interrogabatur au/
tem, & ab eo contra quem productus . Ita.3.
vo.or.24. productus est ab eo Cn. Pompeius,
qui se non solum authorem meæ salutis, sed
etiam supplicem Po.Ro.exhibuit. PVERVM.
1.vo.or.106., quid erat Hortensi tandem in il/
lo puero populare? quid inuidiosum? Graechi
credo aut Saturnini, aut alicuius hominis eius
modi produxeram filium, vt nomine ipso, &
memoria patris. ANTONIVM. Att.236.expe/
cto si, vt putas L. Antonius produxit Octauiũ
qualis concio fuerit . nunc idem est cum dare
concionem. Item.8.Fusius in concionem pro/
duxit Pompeium . FILIVM . 1. vo.or.82..
nihil à me de pueritię suæ flagitiis, peccatisq;
audiet, nihil ex illa imputa adolescentia sua,
quę qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo quẽ
sui simillinum produxit recognoscere pote/
stis.i.filio. Ter 83..seni animam primum extin
guerem ipsi, qui illud produxit scelus.de patre
adolescentis intelligit.quia est in longum so/
bolem ducere. NOMEN.2.vo.ph.39.datum est
igitur Neptuno altero Iouis, vt volunt, fratri
maritimum omne regnum, nomenq; produ/
ctum, vt Portunus à portu, sic Neptunus à nan
do paulum primis literis immutatis.i.deriua/
tum. ALIQ. Ter.85..qui egomet produxi.idest
deduxi Do. exponit. vbi etiam quin legit. ego
expontem, qui magnam partem viæ comita/
tus sum. VIRGINEM. Ter.27..is vbi hanc for/
ma videt honesta virginẽ, & fidibus scire, pre/
tiũ sperans, illico producit, vendidit. Ita SER/
VOS. Ter.53..ancillas, seruos, nisi eos, qui opere
faciundo facile sumptum exerceant suum, oẽs
produxi, ac vendidi. producere est foras duce/
re inquit Do. & proprie res venales pducũtur.

PROFERRE. Modo est differre, modo palàm
facere significat. AVCTIONEM. Att.207.. di/
ces igitur, vel amico tuo, vel othoni cohæredi
meo, vel Labeoni nostro. paulum proferãt au/
ctionem.i.differant. DIEM latius. Att.208.q; si
latius volent proferre diem , poterunt vel bi/
duum, vel triduũ, vel vt videbitur. nihil enim
interest.i.differre. GRADVM. Pl.139.. vt ætas
mea est, atq; vt hic vsus facto est gradum pro/
feram.i.grandibo, tollã. ALIQVID. Att.327.
etiam illud te admoneo, nequid vllis literis cõ
mittas, quod, si prolatũ sit, moleste feramus.i.
palàm factũ. PALAM aliquid. Ter.73. rem pro/
fer palàm. IN LVCEM. in or.lib.97..& illa cõ
mentatio inclusa in veritatis lucem proferen/
da est.i.exponenda est. Item.98. non dubitares
rogare dominum, vt proferri iuberet.i.expo/
ni. Item.98. IN MEDIVM.1.vo.ph.71.turpissi/
mum illud facinus non solum grauiter tulit ,
sed etiam in medium protulit .i. palàm fecit.
Item.1.vo.ph.80..1.vo.or.227. ALIQVID. 1.vo.
or.6.hęc tu scis ad me esse delata, quę si velim
proferre. TABVLAS. Asc.73.. dabo inquit, si/
quis tabulas testamenti bene obsignatas pro/
tulerit. TESTAMENTVM. Asc.74.quamuis il
le testamentum non proferat.

PROFICERE. In hoc verbo Lau. Vall. accusat
Raudensem quod transitiue hoc vsus sit, loco
scilicet verbi prodesse . cum prodesse inquit
ad alios quoq; spectet, proficere vero tantum
ad se. Ci. tamen dixit profici nobis. Att. 1.ra
quidem spero nobis profici . idest prodesse .
nos iuuare.

PROFICISCI. Et eundi, & redeundi verbum
significationem retinet. Vt OBVIAM alicui.
Cæ.80. atq; obuiam Cæsari proficiscitur. IN
POSSESSIONES aliq.1.vo.or.16. proficiscen/
ti tibi in possessionem prætor ipse Sex. Nęui
palàm dicit. SVPPETIAS alicui. Cæ.216. ele/
phãtisq; triginta relictis suis finibus, oppidisq;
suppetias profectus est. SILENTIO. Cę.82. qui
bus rebus cognitis media nocte silẽtio profe/
ctus ad hostiũ castra peruenit. PROFICISCens
aliquò. Att.325.hęc scripsi ad VIII.cal.Nouẽb.
quo die ludi cõmittebantur in Thusculanum
proficiscens. AB ALIQVO. 1. vo.ph.61.. tria
vix amicorum paria reperiũtur, vt ad Orestem
perueniãs profectus à Theseo .i. exordiens à
Theseo. ALIQVID in aliq.in fa.30.quamob/
rem quæcunq; à me ornamenta in te profici/
scentur. Item.30.. omnia, quæ à me profecta
sunt in te, tibi accidisse gratissima . Item.62..
ego enim si abs te summa officia desiderem,
mirum nemini videri debeat . omnia enim à
me in te profecta sunt , quæ ad tuum com/
modum, &c.

PROFITERI.

PROFITERI. Est palam aliquid significare, pollliceri. verum alius est occultior sensus, is autẽ est, cum deferimus magistratui, quãtum alicuius rei possideamus. id quod etiam ex prouinciis decedentes faciebant magistratus intra certos dies. qui vero nõ essent ad id tempus professi, ratio eorum nõ habebatur. NOMEN suũ in aliq. re. Ter. 25. in his poeta hic nomen profitetur suum. i. se vnũ ex his esse fatetur. VOLVNTATEM bonam. in fa. 147. non me præteribat in tanta solicitudine hominum, & tam perturbato statu ciuitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis. IMPVDENTIAM. POTENTIAM. 1. vo. or. 73. quiq; ad hanc rem, aut potentiam, aut impudentiã suam professi sunt, abstineãt in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario. i. qui apette impudẽtes sunt. MAGISTRVM alicui. Att. 315. &, nisi ille contemnat, etiam magistrũ me ei profitebor. SE. Att. 302. nostræ tamen causę non videntur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. SE DOCERE. in or. lib. 167. aliiq; multi temporibus eisdem docere se profitebantur. STVDIVM suum ali. Att. 281. Italiæ sua vobis studia profitenti remisistis. i. offerenti. OPERAM. 1. vo. or. vt ad ea tollenda operam suam profiterentur. IVGERA. 1. vo. or. 172. iugera professi sunt aratores omnes imperio, atq; instituto tuo. Item. edixerat, vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. Item non quo iugerum, numerum vere profiteri esset difficile. AD ALIQ. de re rust. 44. itaq; greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, atq; ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus pauerint. &c. INTRA legitimos dies. Sall. 6. post paulo Catilina pecuniarum repetũdarum reus, prohibitus erat petere cõsulatum, q; intra legitimos dies profiteri nequiuerit. Cincius apud Gell. 225. aut profitebere in triduo proximo. 2. vo. or. 187. at non est professus, immo vero his tabulis professus. Itẽ in fa. 265. tu vero confice possessionẽ si potes, & si hęc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat.

PROFLIGARE. Verbum passiuũ ad vsum trahi cœptum est, nam cum sit profligatum perditum, & ad internitionem adductum, nũc perfectum solum, tum aut ædificium, aut aliquod vtile inceptum dicendum putant, cum affectũ dici debeat, nõ profligatum. M. tamẽ Tullius in Thusculanis. 1. vo. ph. 231. profligata iam, & penẽ ad exitum deducta quæstio est. dixit. hęc de hoc verbo refert No. Marcellus. HOSTES. Cæ. 80. qbus profligatis rursus oppidani perterriti &c. REMP. in or. lib. 143. si cum suis cõsiliis remp. profligasset. i. perdidisset.

PROFVNDERE. Habet rei verbũ, quæq; illa sit, largã emissionẽ. SANGVINẽ. 3. vo. or. 198. sanguinem nostrum sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. VOCEM. 1. vo. ph. 187. sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitq; plaga vehementior. VITAM. in fa. 4. quid enim me ostentẽ, qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus. Item de off. 17. 3. vo. or. 263. LARGITIONẽ. Asc. 13. Annius Milo, & P. Plautius Hipseus, & Q. Metellus Scipio consulatum petierunt, non solum largitione palam profusa, sed etiã factionibus armatorum succincti. PECVNIã. de off. 17. inuenti autẽ multi sunt, qui non modo pecuniã, sed vitam etiam profunderent pro patria parati essent. ODIVM omne in aliq. 3. vo. or. 82. omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. Ter. profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. CVPIDITATES. 3. vo. or. 41. & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates. idest largiter effundit.

PROGREDI. Et hoc vnũ ex eis est, quæ cum intransitiua sunt, vim quasi sui effectus voce fiũt transitiua. vt in grandire dicebamus. VIAM. 2. vo. ph. 86. cum iam progressus esset multorũ dierum viam. &c. ITER bidui. Cæ. 152. Curio Martium Vticam præmittit, ipse eodem cum exercitu proficiscitur, biduiq; iter progressus ad flumen Bragadam peruenit.

PROHIBERE. Sanẽ est vetare. vsus vero est aliquid aliqua re, & ab aliqua re prohibere. ALIQVID re aliqua. 3. vo. or. 207. quid egit aliud nisi, vt pene corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Item. 236. non'ne eo ex Italia consilio profectus est, vt prohiberet Syria Dolobellam? ADITV. Att. 56. qui mecum erant facile operas aditu prohibuerunt. Ita INIVRIA aliq. de off. 41. qui cum prohiberet iniuria tenuiores ęquitate cõstituenda, summos cum infimis pari iure retinebat. COMMEATV. PABVLAtione. vide intercludere. Cę. 106. pabulatione autẽ, quę propter anni tempus cum exigua, tum disiecta esset, & frumentatione, & reliquo cõmeatu ex insidiis prohibere Romanos. Item. 5. Ita CALAMITATE. 2. vo. or. 7. magnũ eorum ciuiũ numerum calamitate prohibere. AB INIVRIA aliq. Sall. 72. tamẽ ab iniuria manum prohibet. i. non passus est illi iniuriam fieri. A' PERICVLO. 2. vo. or. 7. a' quo periculo prohibe remp. Ita A' PVGNA. Cę. 46. secutæ sunt continuos complures dies tempestates, quæ & nostros in castris continerent, & hostem a' pugna prohiberent. idest impedirent quo minus pugnarent.

PROIICERE. Est in lõgum aliquid iacere. quoniam vero quæ cęteris eminent, longius quodammodo iacta videtur, ideo pro eminere ponitur. pari ratione, quoniam contempta à nobis procul abiicere solemus, pro spernere, & negligere accipit. AVDACIAM.2.vo.or.56..eminet audacia, atq; proiecta est. nũc est valde eminere. ALIQ.Cæ.128..quibus rebus penè perfectis aduẽtu Curionis queritur in concione sese proiectum, ac proditum à Cn. Pompeio.i. neglectum, contemptum.

PROLABI. aliq.aliqua re. Att.15..Asiani,q de q̃storibus conduxerunt. questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, vt induceretur locatio postulauerunt.

PROLATARE. Est differre, producere. DIES. Sall.15.cethegus semp querebatur de ignauia sociorum, illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrũpere. CONSVLtationes. Sall.37.profecto omnis inuidia prolatandis consultationibus dilapsa foret. tãta vis gratię atq; pecunię regis erat. Item.83.. IMPERIVM. Sall.84.neu malis pnicie nostra tuũ imperiũ prolatare, q̃ societate victor fieri. nũc est augere, latissimum imperium constituere.

PROLOQVI. Est palàm, aperte, clare loqui. Ter.116.nequeo satis, q̃ hoc mihi videt factum prane, proloqui.

PROLVNGARE. Est in longum ducere, differre. Pl. quę mihi anus prolungat promissa.

PROMERE. Est ex loco interiori aliquid proferre.1.vo.ph.91.nã in Thusculano cum essem vel lemq; è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti, veni in eius villã, vt eos ipse(vt solebã) inde promerem. VENVSTATEM. Pl.281. prome venustatẽ amãti tuam, vt gaudia compares, i. profer omnem venustatẽ. AD VSVM. de re rust.40..nisi cũ promitur ad vsum.

PROMERERI. Sæpius est de bono.itaq; Do.ait esse beneficium præstare. Ter.92. ita velim me promerẽrem ames, dum viuo mi pater. Pl.16. quid mali sum here, tanta ex te promeritus. nunc est de malo.

PROMOVERE. Est porro mouere, proferre, producere. NVPTIAS. Ter.17.eo tu impudẽs non satis habes, q tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias:i.differo, pduco. Ter. 45..moue vero oci⁹ te mea nutrix. SO.moueo. Ch.video, sed nihil promoues.i.proficis. Item. 15..vt aliquis dicat nihil pmoueris.i. proferis Item.117.abibo hinc præsens, quãdo promoueo parum.i.proficio.

PROMITTERE. In pptia significatione est polliceri. cum barba vero, & capillo, & cæteris similibus, significat ad magnitudinem colere. & promittimus aliquid, & de aliquo. VADIMonium.1.vo.or 155..ne extra forum suum vadimonium promittere cogantur &c. DE VOluntate ali.in fa.98.neq; me hercule, minus ei prolixe de tua voluntate promisi, q̃ eram solitus de mea polliceri.i.tuam voluntatem. CAPILLVM. Pl.234..capillum promittam optimnm est. occipiamq; ariolari. Barbã dixit Maro. comam Varro.

PROMVLGARE. Est quasi prouulgare. LEGEM. Att.308. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Item.3.vo.or.34. Legis autem promulgatio, legis lationem precedebat. promulgabat autem lex cũ proposita in vulgus edebatur. PRÆLIVM.2.vo.or.131. etenim vt ait ingeniosus poeta, & author valde bonus præliis promulgatis tollit̃ e medio, &c. QVÆSTIONẽ de aliquo. & precia alicui.3.vo.or.34.. promulgaris ne impurissime, & pditissime hostis quæstionem de tot amplissimis, & talibus viris? indici vectio premia amplissima.3.vo.or. 34..te id quod promulgasses misericordię nomine, ad crudelitatis tẽpus distulisse.

